L. N. 41.

TABVLÆ
AD
GRAMMATICA
Græca Introductoriæ.

IN QVIBVS

Succinctè compingitur, breviſsima, ſed *tamen expedita, ſingularum partium orationis declinabilium, Variandi ratio.*

ACCESSIT

Veſtibuli vice, ad eandem linguam μεσίτου in gratiam tyronum, quibus ut convenit explicatiora evolvere, ita neceſſe eſt hæc ipſa *ad unguem tenere.*

PLUTARCHUS.

Τῇ χρεῖ δὲ πείρᾳ, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ δυλάκῳ.

EDITIO TERTIA.

OXONIÆ,

Excudebat LEONARDVS LICHFIELD,
Impenſis Eliæ Pearſe & Tho. Allam.
An. Dom. 1639.

PIETATIS ET ERUDITIONIS
nexu, non ſpectabili minùs, quàm
ſuſpiciendo viro, D.D. HOLLANDO,
S.S. Theologiæ Profeſſori regio,
omnibus à me nominibus
patrono venerando.

IMpoſitum à te penſum (*vir præſtantiſſime*) *ſuperioribus Pentecoſtes feriis, & aggreſſus ſum, & abſolvi; quàm dextrè autem, edo & tibi nuncupo, ut faciliùs de illo æſtimares. Quamvis non eo animo pertexuerim, ut publici juris eſſet: ſed ad tyrunculos privatìm manuducendos; qui extorſerunt tandē ut excluderetur, ad ſublevandum in talibus minutiis deſcribendi tædium. Compendium hujuſmodi eſt, quod nec deterreat ſegnes, nec properantes diù detineat; quo initiati, potiùs quàm inſtituti, non refugiant* incipientes *quæ tam* brevi *comparentur. Itaq; amputatis haud ità neceſſariis, nucleum tantùm exhibeo; ita demenſum, ut ſex ſeptimanæ diebus, totidem*

sectiones respondeant. Non expectes aliquid magni in his angustiis præter nomen tuũ, quod dignare quæso præfixum huic synopsi, quæ jussu tuo coaluit. Fuisti enim tu author, author ut ego essem; cui si omnia quæ possum, rependerem, restabit tamen semper quod debeam. Animadverti te sæpiùs non minùs hanc linguam diligere, quàm intelligere, stimulos illud mihi admovit, aliquid ex hac parte tentandi, quod utcunq; tuæ celebritati parùm conveniat, habeant tamen tui Gulielmus, Brianus *&* Edvardus, *optimæ spei filioli, quæ ad paternas in hac linguâ gazas facem præferant.* Πρέπει γὰρ τοὺ παῖδας, ὥσπερ ἡ οὐσίας οὕτω καὶ τὴν φιλίας καὶ παιδείας, *addo etiam* καὶ τῶν τῆς ἀρετῆς κληρονομῶν.

Et pater Æneas, & avunculus excitet Hector.

Ipse illud æs grande quod tibi solvendo non sum, illis contendã numerare, quibus cùm omnia quæ possum largiar, refero tantùm gratiam, non ineo; beneficium siquidem non confero, sed reddo depositum: si non ut par fuit, saltèm ut in his angustiis potui. Erit (ut spero) tempus, quo quod tota tibi debet respublica literaria, aliquis uberiùs persolvat. Interim boni consulas, maximæ observantiæ, minimum hoc testimonium, præsertim illius,

Exon. Colleg. Ian. 1.
1607.

Qui dignitati tuæ se æternùm addixit.

Io. Prideaux.

In Isocratis Busiridem de Græcæ *linguæ studio, Præfatio.*

ISocratem vobis interpretaturo (lectissimi Adolescentes) & Athenienſem, & oratorem; ineptũ videtur esse proœmiũ præmittere, cũ hoc & Athenienſibus lege vetitũ, & oratoribus illius civitatis inusitatum. Veruntamen cùm non hodiè in Areopago versemur, sed in liberioribus Musarum umbraculis, ubi non tam præfari licet, quàm expedit; cum q; ea sit vestra exspectatio, ea loci cõsuetudo, ea muneris mei ratio, ea rei tractandæ conditio, quæ præfatiunculam saltèm aliquam in limine exigat: non ferendus est hìc Areopagi rigor; præsertim cum, & author noster *Isocrates* in hac *laudatione Busiridis*, proœmium adhibuerit; & græci sit illud Pindari,

[a] *Sigonius de Rep. Athenienſ. lib. 3. c. 3.*

[b] ἀρχομένῳ δ' ἔργῳ πρόσωπον
χρὴ δίδυμον τελαυγές.

[b] *Inchoanti autem opere frontiſpicium oportet facere præfulgidum. Od. 6.*

Quapropter antequam illud pensum aggredior, quod necessariò magis incumbit, date veniam (Auditores) pauliſper expatiandi, & me de vestris studiis, de linguâ omnium limatissimâ paucula inconcinnè congerentem, candidè auscultate. Quod si vos estis ij vere φιλέλληνες, qui docentem potius græcè, quàm dicentem latinè, audire malueritis; si eo animo huc confluxeritis hodiè, non tam hæc quæ nunc dico arripiendi, quàm quæ

quæ posthac sum ex hoc loco dicturus: efficiã profectò ut hæc duo (omissis cæteris) facilè intelligatis. Primo, *Græcam linguam omnibus artibns & scientiis* εἰς τὰ πρῶτα *esse necessarium*. Deinde, *Non tot obstructam difficultatibus, quin unius anni curriculo quodãmodò percipiatur.*

Necessitas Linguæ græcæ in omnibus artibus & scientiis.

Ac necessitas quidem hujus linguæ ejusmodi est, quæ maxime vestros animos excitare, atq; inflammare debet, quâ, non ut cæteris, quas aucupamur, linguis carere possimus; nisi in cæteris quas tenemus linguis, hæsitantia sequeretur. Ecquid enim animadvertimus Grammaticen nostram Latinam è Græcis literis & rudimentis quamplurima mutuari? Latinos si fortè interrogemus, quomodo γ *Harpyas*, ϡ *Zephyros*, ϛ *Xistos* characteribus exprimerent, cogerentur ζ, υ, & ξ, è græcis nostris necessariò emendicare. Etymologiam si quis latinam non semigræcam agnoscat, næ ille ferulæ supplicio meritò adjudicaretur. Quis enim non Græcorum aspersas sale commodè expediet, illud *Virgilii*, ϡ *Androgeo galeam*] illud *Horatii, Desine querelarum*] illud Statii, *Venerande Melampû*] illud Sidonii. *Carmina Saphûs*] illud Silii Italici, *Consul nõ desinit iræ*] illud Livii Androcini, *filius Latonas*] illud Ovidii, *Phyllides ignes*] & similia? poteritne vel studiosissimum latinitatis poetam inspicere, in quo helleniſmi hujusmodi non ubivis occurrunt? Itaq; declinationibus latinis græcas attexuerunt Grammatici, imò characteribus Romanis græcas adjunxit noster Lilius, ut utriusq; linguæ cognatio luculentius enotesceret. Syntaxin si vacaret percurrere, quot illa græcismis scatet operosum esset recensere. Hinc *Atticismi*, *Periphrases*, *plaonasmi* a ϡ Goclenio

γ Apud Virg. 3. & 6. Æneid. ex Hesiodo in The.

ϡ Apud Plinium lib. 18. c. 34. ex Arist. de Mundo.

ϛ Apud Ciceronem lib. de claris oratoribus et vitruv. lib. 6. c. 11. è Zenophonte in Oecon. Xystus ti. m. g. porticus tecta. Sed Xystum ti. n. g. aporta.

ζ Vide Goclenium in analectis pag. 429. Stockwoodum in calce quæstionum Grammaticalium. Posselium. & Friscblinum sparsim in Syntaxi: & alios.

ϡ In anal. loco citato Vide etiam Bartholomæi Alexandri oratio nem inter illas Rami p. 224. et Grammat. vulgar. ad declinationem primam.

obser-

obſervati, quorum fontem nobis Græcia aperuit. Quærerem libentiſſimè à Grammaticaſtro puro puto latino, quibus nixus regulis, vel *Auras memor*] ut Virgilius, vel *illud aſſentior*] ut Cicero, vel *ſolicitus vicem*] ut Livius, vel *iraſci vicem*] ut Curtius, vel *tempora animadvertendum*] ut Varro, vel hujuſmodi uſurparet, quò ſe (quæſo) verteret? vel qnæ nova rudimenta procuderet? Equidem ſi græcos authores nõ appellet, illorũ Grammaticos non conſulat, illorum dialectos non obtendat, horum decretis ſe non muniat, deminuti capitis Priſciani à quolibet arceſſeretur. Sed quid ego in Grammatices triviis ſolicitiùs hæreo? *Rhetoricen*, *Dialecticen*, *Theologiam*, omnes illas artes (quas ſub *Philoſophiæ* nomine comprehendimus) videre videor habitu Græco aſtantes, quæ non ſolùm ortum Græciæ, ſed terminos etiam, quibus explicantur, acceptos referunt. In Rhetoricis tot *Troporum* & *Schematum* phalanges, tot illorum affectiones *Allegoriæ*, *Catachreſes*, *Hyperbolæ*, non alio nobis nomine quàm græco innoteſcunt. In Dialecticis, quid *Categoriis*, *Syllogiſmis*, *Analyticis*, *Topicis*, *Elenchis* familiarius? quæ tamen & ſexcenta hujuſmodi, è Græcia tranſmigrarunt. Arithmetica ſuas *Proſthaphæreſes*, *Analogias*, *Homologias*, *Apotomas* è Græciâ derivavit. De Geometriâ verò quid dicam? hîc qui græca neſcit, attonitus obſtupeſcit. *Peripheria*, *Helix*, *Hippopeda*, *Cittois*, *Chonchois*, *pelecoides*, *Syſtroides*, *Ceratoides*, *Amblygonium*, *Orthogonium*, *Oxygonium*, *Iſoſceles*, *Scalenum*, *Iſopleurum*, *Rhombus*, *Rhomboides*, *Trapezia*, *parallela*, *parallelogrammum*, *parallelipipedum*, *tetragoniſmus*, *Priſma*, *Polyhedrum*, *&c.* paſſim illic obvia, quæ

quæ in Dictionario latino ineaſsùm quæreres. Et ut ſtrictiùs inſtem in cæteris, unde hæc in parte Aſtronomiæ Sphæricâ, *Zodiacus*, *Horizon*, *Coluri*, *Poli*, *Tropici*, niſi ab ipſa Græciâ? Quis *Epicyclos*, *Apogæum*, *Perigæum*, in Planetis, in Luna, *Synodum*, *Amphicyrtum*, *Panſelenum*, in aſpectibus, *Trigonum*, *Tetragonum*, nobis ſuppeditavit, præter ipſam Græciam? Græca ſunt illa in poematis, *Propemptica*, *Apobateria*, *palindroma*, *Epicedia*; in verſibus, *Catalecticus*, *Acatalecticus*, *Brachycatalecticus*, *Hypercatalecticus*; in pedibus, *Spondæus*, *Dactylus*, & qui ſequitur Catalogus. Græca in Muſicis, *Pauſæ*, *Arſis*, *Theſis*, *Diapaſon*, *Diapente*, *Diateſſaron*, & omnia chordarum nomina, à *Proſlambanomene* ad *Nete Hyperbolæon*. Græca in Opticis, *Diaphanus*, *Cathetus*, *Conus*, *Pyramis*. Græca in naturali Philoſophiâ, *Meteoron*, *Cometes*, *Iris*, *Galaxia*. Græca in diſciplinâ civili, *Monarchia*, *Ariſtocratia*, *Democratia*, *Anarchia*, *œconomia*. Græca in Iuriſprudentia, *pandectæ*, *paragraphus*, *Syngraphæ*. Græca in Medicinâ, *Arthrodia*, *Syncondroſis*, *Ginglimos*, *Gomphoſis*, *Symptoma*, *paroxiſmus*, & omnia penè morborum nomina. Græca in Latinæ Linguæ addictiſſimo Cicerone, *Acroama* pro Archia, *Diploma*, in Piſonem, *Ephemeris*, pro Quintio, *Monogrammi* dii de natura Deorum, *periſtroma*, & *Gynæceum* in Antonium, *Octophorus*, & *Pſeudothyrum* in Verrem. Deniq; ne perſequi viderer ſingula, quæ ſunt pænè infinita, *Hypoſtaſis*, *Idioma*, *Homouſios*, *Baptiſmus*, *Monachus*, *papa*, *Diabolus*, apud *Theologos* (quod ſciam) Latinis vocabulis vix commodè exprimuntur. Et ut tandem ſentiant hujus linguæ rudes, quantâ in caligine verſantur,

profero

profero clarâ voce paradoxon, ut omnes animaduertant; attendite (Adoleſcentes ſelectiſſimi) quid audacter aſſero; quicunq; inter vos *græcæ linguæ* eſt penitùs ignarus, tantùm abeſt à ſcientiarum excellentiâ, ut ipſarum nomina non probè intelligat. Quid enim *Grammaticè*, *Logicè*, *Rhetoricè*, (ut notiſſimis tantum inſiſtã) annon nominibus *græcis* inſigniuntur? nonnè *Græcam* vendicant proſapiam tritiſſima in hiſce ſpatiis vocabula, *Ethica*, *Phyſica*, *Metaphyſica*? quinimmo in linguam noſtram vernaculam ita ſe hodiè inſinuavit *græca*, ut ſine hac, fabulas & comædias a Anglicanas vix intelligentèr legas. Non hic (quod jure poſſim) infarcio, *Platonem*, *Euclidem*, *Ptolomeum*, & (quem meritò colimus) *Ariſtotelem*, græcè ſcripſiſſe: nec attexo *Terentiũ* à Menandro, *Virgilium* à Theocrito, Heſiodo, Homero, *Horatium* à Pindaro, *Ciceronem* à Demoſthene, & ab hoc noſtro Iſocrate (teſte *Quintiliano*) præcipua quæq; delibaſſe; magnificè hæc illuſtrarent Græcorum encomia, ſed ego (his neglectis) neceſſitatem tantùm urgeo, Atq, ſi ulla nobis inſit pudoris tinctura, hæc nos ureret, hæc in ruborem daret meditatio. Egonè *Ariſtotele præceptore* glorior, qui quid ipſe ſcripſit *Ariſtoteles* nunquam intellexi? Ego *Academici* intumeſcam titulo, qui pueris ruri balbutientibus ſum multò imperitior: quâ ſpe occultiora penetrẽ, qui obvia *Græcorũ* fragmenta latinæ aut vernaculæ linguæ inſperſa, diſcernendo non ſum? Indignabundus hæc loquor (Auditores) etenim ferenda non eſt noſtra, hac ex parte ſocordia; qui cum vafriculis neſcio quibus argutiolis elucubratiùs invigilemus, ſubſicivas huic ſtudio horas gravamur im-

a *Vt*, Heureſis, Anamneſtes, Acraſia *in Lingua*, Aſotus proſaites, moria, &c. In *Cynthius Revells*.

pertire. Atq; hinc crebri illi *ſolæciſmi* (ut rectè obſervat in libro de abuſu græcæ linguæ *Henricus Stephanus*) quos jã uſus apud nos inquilinos reddidit, generis pro genere, ut hoc *Symbolum Symboli*, pro hæc *Symbola Symbolæ*] declinationis pro declinatione, ut hæc *Hebdomada Hebdomadæ*, pro hæc *Hebdomas Hebdomadis*] numeri pro numero, ut hæc *Grammatica Grammaticæ*, pro hæc Grammatica Grãmaticorum] hinc illa nobis non reprehenſa cacographia, *Chirurgus* prima brevi, & *Chiragra*, pro *Cherurgus* & *Cheragra: Stratagema* pro *Strategema*] Illa ridicula apud Rhetores figurarum nomina, *Lyptote* pro *Litotes*, *Hendiadis* pro ἓν διὰ δυοῖν, & ſimilia; quæ non tam Grammaticis aſpergunt labem, quàm nobis; qui exploſum illud antiquum jam pergimus revocare, *Græcum eſt non poteſt legi.* Atqui ſi aliquid ſit quod ſcientiarum latices reddit inſipidos, illud profectò eſt *græcæ linguæ* ignoratio. Cur enim abſtruſi nobis videntur artium termini, niſi quia græca neſcimus? Cur Philoſophos malè capimus? Quia *græca* neſcimus, Cur vim vocabulorum non aſſequimur? quia *græca* neſcimus. Cur ingratus *Ariſtoteles*, aſper *Plato*, lutulentus *Plutarchus* legentibus nobis apparent? Ratio reddi non poteſt, niſi quia tralationum conſectemur umbras, *græca* neſcientes. Sed ſi cunabula rerum inſpicientes, ipſas à primo (quod aiunt) ovo deducere potuiſſemus, excitatior profectò eſſet mens noſtra ad difficultates abſorbendas; & quæ nunc anxiè ſcrutatur, cum voluptate imbiberet.

Capite. 1.
Cap. 2.
Cap. 3.
Cap. 6.
Cap. 7.

Sed hæc dum attentiùs urgeo, erit forſan qui neceſſitatem agnoſcens, difficultatem cauſabitur. Iam nunc etiam

etiam circumſtrepit talis inter nos ſuſurrus. Magni facimus hanc linguam,& ſitientèr appetimus: verùm τὸ καλὸ καλεπόν, plus negotii faceſſit, quàm libentèr exantlaremus; allicit linguæ neceſſitas, ſed difficultas deterret. Equidem ſi græcas literas ſubitò acquirendas affirmarem, non ſatis verecundè dicere viderer. Quis enim neſcit, & multa in nominibus, plura in verbis, non pauca in ſyntaxi, dialectis,& accentibus, latere implicata, quæ abſq; collecto& acri ſtudio, non dexterè eruantur? Veruntamen (ſi quid ipſe aſſequar) non video cur non multò citiùs *græcus* quàm aut *Latinus*, aut *Hebræus* quiſpiam evaderet. De nobis loquor (Auditores) qui jã Latini ſumus, expeditior (inquam) eſt nobis *græcæ linguæ acquiſitio*, quàm aut olim fuit *latinæ*, vel nunc *hebrææ*. An quiſquam eſt qui hoc ignorat, qui latinam Grammaticen abſolverit, non mediocres in græcâ progreſſus feciſſe? Orationis partes quas hic obſervamus, à latinis didicimus, declinationum (ſi contractiones eximas) non ita diſpar ratio. In verbis apertior diſcrepantia, ſed quæ partiũ indeclinabilium conſenſu, facillimè compenſatur. Quod ſi tam delicati ſimus, ut non poſſimus vel *unius ſeptimanæ* tædium, in verbis ediſcendis devorare; quâ ſpe hebraica aggrediamur, ubi præter *defectiva, quieſcentia*, & *geminata*, unumquodq; perfectum verbum, per aſperitates *ſeptem* conjugationum plerumq; variatur. *Difficilia quæ pulchra ſoleu.*

Accentuum græcorum nollem hic mentionem fieri; hos [a] Latina nobis proſodia jam dudum inſtillavit. Apud Hebræos verò tam implicita eſt hæc *accentuum*, & *punctorum* doctrina, ut citiùs multò græcè ſcribas, [a] *Relegatur Reg. Gram. de Proſodia.*

vel loquare, quàm de *Hæbraicis* istis apiculis, vel pauxillulùm comprehensi teneas, De *Syntaxi* deniq; græcorum quàm sub dio omnia? Noluit hanc *Clenardus*, de integro adolescentulis elucubrare, sed duxit esse satis summatim perstringere, quomodo hic vel alibi à latinâ deflectit, quod ipsum fusiùs proponunt duo celebres Grãmatici, *Ramus* & *Frischlinus*; ex quibus liquido cõstat nec illũ verè esse latinũ qui *græca* ignorat, nec græca illum penitùs ignorare, qui *latinis* (ut oportet) invigilaverit. Itaq; noster torpor est (Academici) non linguæ difficultas, quòd græci non sumus. Possumus linguam *Gallicam*, *Hispanicam*, *Italicam*, conductis magno magistris, citò arripere, & *græcam* eadem felicitate (si diis placeat) non possimus? Suppetunt nobis tot anni ad *latinas* delicias, & ne horula quidem quotidiè una vel altera, græcis impendatur? At *Dialecticis* tibi est incumbendum; at quia *græcus* tantò fructuosiùs. At tibi usui sunt magis *distinctiones Philosophicæ*; at has hujus linguæ beneficio intelligentius eventiles. Sed *Latinitas* tibi sufficit, at *Ciceroni* minimè, qui græca cum latinis semper conjunxit: cumq; in ea incidimus tempora, ubi in foro, in suggestis, in curiâ, in campis, in omnibus omnium scriptis, græca audiuntur: hærebit nobis macula (Academici) si sublimiora spirantes, elementa nobis tam necessaria non teneamus. Potuitnè quatuor mensibus *Iosephus Scaliger*, omnes *poetas Græcos* evolvere, & ex his selectiora delibare, Grammaticen contexere: & nos totius anni curriculo, vel unum forsitan *Isocratem*, vel *Homerum* absolvere non possimus? Tentemus aliquid per mulas (lectissimi Iuvenes)

a In Principio officiorum.

Io. Scaliger, in vita patris sui Cæsaris Scaligeri.

venes) nõ pœnitebit (mihi credite) insumpti temporis, nescitis adhuc quantum ingenio valetis, priusquàm semel & seriò periculũ feceritis. Media quæ ad hanc collimant metam non omninò desunt, *locus* opportunus, *Tempus* accommodum, *ætas* matura *libri* selecti: non Herculeus à vobis est subeundus labor, tantinè videtur esse *Camdeni* præcepta contractissima, & *Sursini* affixam Nomenclaturam, memoriæ mandare? Non me latet *Chrysolarum*, *Lascarim*, *Gazam*, *Moschopulum*, natione *Græcos* fuisse; & quia intermortuum hujus linguæ studium rursus excitarunt, magni à nobis faciendos: veruntamen me vobis accommodo, proponendo id quod breviſſimum, & facillimum. Quod si quis sit inter vos peritior, cui *Camdenus* non usquequaq; satisfacit, habet *Frischlinum* & *Baillium*, in accentibus delineandis uberiores, *Ramum* & *Sylburgium*: in methodo concinniores; *Clenardum* & *Antesignanum*, in verbis fusiores; *Crucium* & *Gualperium*, in partibus indeclinabilibus elucubratiores; in carmine *Claium* pleniorem, in Syntaxi *Possellium* præstantiorem; his etymologicon magnum *Sylburgii*, Cornucopiam *Garthii*, *Poßelii* Caligraphiam. *Dinneri* Epitheta, Rulandi *Synonima*, *Frischlini*, *Iunii*, *Megiseri* Nomenclaturas cui lubet, addat. Sed distrahit (ni fallor) tyrones hæc varietas, unum igitur *Camdenum*, & (quem dixi) *Sursinum* vobis commendo.

.... hæc exemplaria græca *Horat. 44.*
Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.

Quadraginta quatuor (tot habet tantum *Camdenus* in octavo) paginæ, quàm citò percurruntur? Quam ci-

2193. 4. 3244. tò percurruntur? quàm citò *duo millia centum nonaginta tria primitiva*, quæ in *Surſino*, vel ad ſummum, tria millia ducenta quadraginta, quatuor, quæ in toto *Scapula*, memoritèr recitantur? At ſi hæc primò, ſedulò & ſolidè eſſent jacta fundamenta, pauxillulum eſt quod reſtat ulterius, *græci* eſtis. Ego autem quæ meæ partes ſunt, ab ornatiſſimo Collegii hujus *Rectore*, & conſultiſſimis *quinq; ſenioribus* deſtinatæ, praxin *Grammatices* & *Rhetorices*, in *Iſocrate* (pro meo modulo) vobis oſtendam. Is verò quam terſus, & vinctus ſit orator, *Cicero*, *Quintilianus*, *Chytræus*, & (quem præcipuè à vobis conſultum vellem) textus ipſe loquatur. Hoc tantum interſero, quod ſupeditabit *Wolfius*, ut in cæteris orationibus ceteros, ita in hac *laudatione Buſiridis* ſeipſum *Iſocrates* ſuperavit. Detrahat forſan aliquid hujus nitori, mea balbutiens interpretatio, indigna vobis, indigna re, indigna majoribus quorum ſedem occupo: verùm deſpicatui non erit æquis, cenſuris; conatus induſtrius.

μὴ ῥημάτα ἐμοῖσι χάρις βασίσιν ὀπηδεῖ.

Democharis Cicero. Deniq; cum illud ſit meum ὕστερον πρότερον ὁμηρικῶς docendo diſcere, ſagacis veſtræ ſit φρονεῖν, ea hic prius diſcendi, quæ poſthac doceatis. Atq; hæc ſunt, quæ proœmii vice, more loci, proponenda vobis judicavi craſtino die *Iſocratem* pro *Buſiride* perorantem, σὺν θεῷ accipietis.

Gram-

Σχεδίασμα.

Cujus partes duæ sunt,

1 *Etymologia*, in qua considerandæ sunt, vocis.

1 *Partes*

1 *Litera*, Α α, Β β, Γ γ, Δ δ, Ε ε, Ζ ζ, Η η, Θ ϑ, Ι ι, Κ κ, Λ λ, Μ μ, Ν ν, Ξ ξ, Ο ο, Π π, Ρ ρ, Σ σ ς, Τ τ, Υ υ, Φ φ, Χ χ, Ψ ψ, Ω ω.

quibus accidũt spiritus duo,
- 1 *Asper*
- 2 *Tenuis*

1 Quorum alter vocali initiali semper affigitur.
2 Quæ si sit υ, aspiratur, ut ὕλη sic etiam.
3 ῥ cõsonans
- 1 Initiale, densatur, ut ῥόμη.
- 2 In medio si sit geminũ, prius levigatur, poste. aspir: ut ἐῤῥωσο.

Vide Scotum in Clenard. p. 851. De literarum autẽ origine, nominib., potestate, nexu, consule præcipuè Sylburgiũ & Gualperium in suis Grammaticis; quomodo autem numeros denotant, exactiùs tradit Crucius Gram. pag. 974. & Herodian. in fine Scapulæ.

2 *Syllabæ*, de quibus concinnius *Ramus*, fusiùs in Vergaram *Baillius*.

1 *Accentus*
- 1 Acutus ´
- 2 Gravis `
- 3 Circũflexus ῀

quos planiùs tradit Frischlinus, plenius, Baillius.

2 *Affectiones*,

1 *Prima*, quales numerantur à Scapula 3244. de quibus Nomenclaturæ *Frischlini*, *Megiseri*, *Iunii* & *Sursini* in fine *Camdeni*, &c.

2 *Notatio*, quâ quæritur an vox sit
- 1 *Derivativa*, quas Lexica *Stephani*, *Scapulæ*, *Etymologicon vetus*, & *Fungeri novum*, copiosè exhibent.

3. *Spe-*

- 1 *Numeri* singularis. Dualis, & Pluralis. cuius flexio est vel
- 2 *Sine Numero*, Adverbium, Conjunctio, Præpositio, Interjectio.

3 *Species* est enim vel

- 1 *Declinatio* per *Casus*, qui
  - 1 Nominativus
  - 2 Genitivus
  - 3 Dativus
  - 4 Accusativus
  - 5 Vocativus.

  etiq;
  - 1 Articulus
  - 2 Nomen { 1 Substantivum. 2 Adjectivum.
  - 3 Pronomen.
  - 4 Participium. *Verbo attexitur.*
- 2 *Genera Masc.* *Fœm. Neutrũ, &c.*
- 2 *Conjugatio* per
  - 1 *Modos* 5, Indicativum, Imperat. Optat. Subjunct. Infinitivum.
  - 2 *Tempora* 9. præsens, Imperfect. Perfectum, Plusquamperf. Aoristum *primum* & *secundum*, Futurum *primum* & *secundum*, Paulo post Futurum.

  & est verbum.

2 *Syntaxis*, de qua aliàs.

Et hæc quasi proœmii vice, libanda salem in limine, tractatus sequitur, ad unguem memoritèr tenendus: eo consilio in sex tributus portiones, ut cujusliber, dici in septimanâ pensum, & distinctiùs cognoscat tyro, & fæliciùs absolvat.

SECTIO. I.

De Articulo
- 1 Præpositivo ὁ Hic.
- 2 Subjunctivo ὅς Qui.

S. D. P.

	N.	G.	D.	Ac.	V.	N.	A.	G.	D.	V.	N.	G.	D.	Ac.	V.	
M.	ὁ	τοῦ	τῷ	τὸν		τὼ	τοὺν				οἱ	τῶν	τοῖς	τοὺς		sic ὅστις
F.	ἡ	τῆς	τῇ	τὴν	ὦ	τὰ	ταῖν	ὦ			αἱ	τῶν	ταῖς	τὰς	ὦ	& ὅτις.
N.	τὸ	τοῦ	τῷ	τὸ		τὼ	τοῖν				τὰ	τοῖς	τὰ			
M.	ὅς	οὗ	ᾧ	ὅν		ὥ	οἷν				οἵ	οἷς	οὕς			ὅστις, Ita ὅστισοῦν, compositum.
F.	ἥ	ἧς	ᾗ	ἣν		ἄ	ἇν				αἵ	ὧν	αἷς	ἅς		
N.	ὅ	οὗ	ᾧ	ὅ		ὥ	οἷν				ἅ	οἷς	ἅ			

Cujus Declinationes sunt { 1 Quinq; simplicium. 2 Quinq; etiam contractorum.

Prima est masculinorum in { α, ης

N. G. D. Acc.
ᾱ ᾱ
η ῃ ῃν
ης ου ῃ ην

1 Vocativus in α ut λῃστὰ ὦ λῃ-στα, nisi in propriis non inibus quorum nominativus exit in ης ut χρύσης, ὦ χρύσου: *Cruſ.* Τομιαὶ πολῖται. ἀπιναὶ. ἀγχίσιαι.

2 Dualis Nom. Acc. & Voc. in omnibus declinationibus sunt similes, hic autem cum Plurali, formam sequitur articuli fœminini sublato τ, *Clenard.*

Secunda est fœminin orũ in { α, η, ω

ᾱ α
η ῃ
ω ῳ

1 Finita in δα, θα, ρα & α purum, retinent α in genitivo & dativo, ut λήδα, ας, ᾳ. ὑλιαὶ. ἀρετὴ. χίρυμα. ἱστορία.

2 Dualis & pluralis, perinde se habent ut in declinatione primâ.

Tertia est Maſ. Fœm. & com. in { ος, ις, υς

Neutrorũ verò in { ον, ι, υ

ος ου ῳ
ις ι ῃ
υς υ ῳ
ον ου ου
ι ιν ιν
υ υν υν

1 Dualis & pluralis articulũ sequũtur masculinum, in masculinis & fœmininis. Neutrum verò, in Neutris: sed 2. Neutrorum Nom. Ac & Voc. in omnibus numeris sunt similes, & in Plurali in α desinentes, ut apud Latinos. Ab hac autem. ὀβολοὶ. ἰχθυσὶ. ὀ πῆχυς ἡ πῆχυ. τὸ δακτυλίδιον.

Quarta, Attice descendit: mutando { ας, ης

1 ο, ε, & α in ως: οι verò in ῳ, cum ι subscripto.
2 Penultimã α in puris, si longa sit in η, unde ἀ λαὸς in declinatione tertiâ, fit λεὼς in quartâ, retento interim (ut in communi dialecto) accentu quantacunq; sit ultima, ut ἄνης & ἀνεως. ὁ νεὼς ἡ νῆσος ὁ κῆρυς ἡ κήρυκος πῆχυς τὸ ἴνιον.

τὸ σῆμα
τὸ μιλὶ
τὸ ἀγυ
ὀλυπὸ
εἴλλυν
τὸ σίλωρ
ἀδελὲ
ὁ θρὶξ
ὁ φλὸψ

Quinta imparisyllabica, omnia comprehẽdit genera, terminationes verò 9. è quibus sunt

1 *Vocales*, ᾰ, ῐ, ῠ, Neutra. ῰, Fœminina.
2 *Consonantes*, ν, ρ, σ, ξ, ψ, quæ genere variant: In ᾰν tamen sunt *Substantiva*, Mascul. *Adiectiva* Neut. In ων, ον, υν, ος, omnia Neutra, vide Ante sig. in Clen.

G.	D.	A.	Voc.
ος, ι,	ι,	ᾰ,	varius
D.	N.	A.	V. G. D.
ς,	ος,	ον,	
P.	ες, ων, σι,	ας,	ες,
	ξι,	ᾰ,	ᾰ,
	ψι.		

Peculiaris est hîc formatio

1 Accusativi singularis, ubi

è genitivo	1 puro, ιν vel ων.	in Accusativo singulari; ut	1 ὄφις, ὄφιϴ, ὄφιν, βότρυς, βότρυϴ, βότρυν.
ος dant	2 nõ puro, α vel ᾰ, ut ως & ως, dant αω & υν, ut χαῖς γεγωῖ βοῦς, βῦν excipe πῶς πῶϛα, & ὄϛυς ὄϛεον πα.		2 ἔεις, ἔεισα, ἔεισν.

2 Vocativi singularis, in quo

Excipe ϛαις ὁ ϖὼς ϛῆϑε ὦ ϛαις πῖνε. ἴδ' ὅϛις.

1 εὺς, ις, ὖς, ις, ως, abijc. σ, ut πλεὺς πλεῖ, βότρυς βότρυ, χαλκεύς χαλκεῦ, μῦς, μῦ, ϲῦς, βῦ, Gualp.
2 ν & ρ amittunt ος genitiui ut ἀρσην ἄρσεν ὦ ἄρσεν, quò spectant etiam hæc acutitona, ἀνὴρ, ϛαὴρ ματὴρ, σωτὴρ, ὦ ἄνερ πάτερ, &c.

3 Dativi pluralis, hoc modo.

1. ξ. ψ. & *diphthongus*, addunt ι Nominativo singulari, ut κόραξ κόρακξι, ὤψ ὤπι, ναις ναῦσι, eximas, ῥῆς ῥῆσι, πῶς ποσὶ.
2. ηρ, mutat ος genit: contracti in ᾶσι, ut πατὴρ πάτρϴ πατράσι, ἀνὴρ ἄνδρϴ ἀνδράσι.
3 *Cætera*, *asciscunt* σ ante ι dativi singularis excludentia δ, ϑ, ρ, τ, & addendo ι post ε, & υ post ο, ut penultima fiat longa; sic λέοντ λέουσι, πηδὶν πηδίσι.

Contractorum Declinatio.

Masc. Propria, ut ὁ ἀριϛόβουλος, Fœm. in ᾱρας, ut ἀνϑρήκης. Adject. in ης & ες, ut ὁ ἡ ἀλη ἀληϑὲς, ὁ ἡ τὸ ἀλήϑης. τὸ τεῖχος

Prima est Masc. Fœ. & Cõ. in	ης	ους	ει	η	η	οῖν	ης ων	εις	εις	ſitaq; cõtrahuntur omnes obliqui, præter
		ους	ει	ᾳ	ᾳ	d. ᾳ	οιν	p. ᾱς	ων	σι	ᾱς	ᾱς	
Sed Neutrorum in	ες & ος		ες		η			η	η				
			ος		ᾳ			ᾳ	ᾳ				

Dat. Pluralem, *Ac.* & *Voc.* sing. Neut. & nonnullos Isosyllabicos Proprio-

Socrates, ut Σωκράτης Σωκράτου,

Se-

Secunda est Masc. Fœm. & Com. in Neutrorũ vero, in ις, ι — cujus contractione sunt (quib. à quintâ simpliciũ variat) in
1 Dat. Singulari, ιι in ι, ὄφιι, ὄφι.
2 Nominat. Accusat. & Vocat. plural. ιες, & ιας, ις, ut ὄφιες, & ὄφιας, ὄφις.
3 Neutrorum plur. ια, ι, σπήπια, σπῆπι.

1. ὀ ὄφιε.
2. verbal. in σιξ ut φιξ fœminina, ut ῥαψῳδὶς ῥαψῳδῖξ
3. τὸ σίνιπ.

Tertia est Masculinorum tantum in ις, quorum Dativus sing. Nominativus, Accusat. Vocat. Dualis, & Pluralis, contrahuntur more declinationis primæ, ut βασιλεύϊ, λεῖ, βασιλέε, λῆ, βασιλέες & βασιλέας, λεῖς.

βασιλεύς.

Quarta est fœminino-rũ in ως, ω — quorũ contrahitur singularis
G. ὁος ους
D. ὀϊ οῖ ut
A. ὁα ὠ
ὄχος ὄχους
ὄχοι ὄχοῖ
ὄχοα ὄχω
1 Vocativus sing. est similis Dativ.
2 Dualis & plur. sequuntur formam tertiæ declinationis simplicium.

ὄφελὼς.
ὄχω.

Quinta est Neutrorum tantùm in ας & ρας *purũ* — quorum contractio fit elisõ τ, in genitivis, in ω, in reliquis casibus, in α longum, ut Gen. κέρατ-ος, κέρα-ος, κέρως, D. κέρατ-ι, κέρᾳ, κέρα.

κέρας.
κέρᾱ.

SECTIO. II.

Adjectivorum.

Quædã movẽtur per tria genera & terminationes

	M. F	N.	
1 Tres	1. ας, αινα, αν	ut	παλαιὸς, παλαινα, πάλαι αν, excipe μέλας, μαινα, μέλαν, & πᾶς, πᾶσα, πᾶν, cum compositis,
	2 εις, εσσα, εν,		χαρίεις, εσσα, χαρίεν.
	3 ος *purũ* & ρος, F. ὰ, N. ὸν		ἄλγος, ἀλγία, ον. πυκνὸς, ὸ, ὸν.

E quibus desinẽtia in ων, ις, ως, αξ, non compa rantur.

Excipe ὁ, ἥδυς, ὺ, ὺ.

C 2 Re-

Præter ἄλλο τοῦτο. τοσοῦτο. πολλαπλοῦτο. πυκνοῦτο. χρυσοῦτο. ἰκανοῦτο.

	ſed os impurũ, ιν & ον, cõpoſitũ eſt cõmunis generis.	ἀγαθὸς, ἀγαθὴ ἀγαθὸν, ſed ὁ ϗ ἡ ἄμορφος, ϗ τὸ ἄμορφον.	
	4 υς, εια, υν, Sed poſt cõtractionem, purum, aut præcedente ρ, F. α, N. υν, compoſita ſunt communia.	ἁπλοῦς, ἁπλῆ, ἁπλοῦν. ἐειδὴς, ἐειδὲς, ἐειδὲς. ὁ ϗ ἡ ἔυνους, ϗ τὸ ἔυνουν.	*Reliqua verò creſcunt per* ρος & τλος, *præter nonnulla in* ις, *quæ admittunt etiam* ιων & ιος *de quibus, & de irregularibus, conſule Grammaticos.*
	6. υς, εια, υ, Sed compoſita ſunt communia.	γλυκὺς, εῖα, γλυκὺ. ὁ ϗ ἡ φιλόδακρυς, ϗ τὸ φιλόδακρυ.	
	M, & F. N.		
	1, ων ον	ὁ ϗ ἡ τέρων ϗ τὸ τέρον.	
2 Duas.	2. ης ες	ὁ ϗ ἡ ἀληθὴς ϗ τὸ ἀληθὲς.	
	3. ις ι ut	ὁ ϗ ἡ φιλόπατρις, τρι.	
	4. ων ον	ὁ ϗ ἡ ἄφρων, ϗ τὸ ἄφρον.	
	5. ως ων	ὁ ϗ ἡ μονόχρως ρων.	
3 Varnam	1. αξ, ut ὁ ϗ ἡ ϗ τὸ ἄρπαξ ἅρπαγος, 2. αρ, ut ὁ ϗ ἡ ϗ τὸ μάγαρ μάγαρος.		

Sunt
- 1 Primativa, 3.
  - 1 ἐγὼ ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ, D. νῶϊ νῶϊν. μοῦ, μοὶ, μὲ, νῶ, νῶν. P. ἡμεῖς, ἡμῶν, ἡμῖν, ἡμᾶς.
  - 2 σὺ, σοῦ, σοὶ, σὲ, D. σφῶϊ σφῶϊν. σφῶ σφῶν. P. ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς.
  - 3 οὗ, οἷ, ἕ. D. σφώ, σφοῖν. σφέ, σφίν. P. σφεῖς, σφῶν, σφίσι, σφᾶς.
- 2 Possessiva 8. ἐμὸς, σὸς vel τέος, ὃς vel ἑὸς, νωΐτερος, σφωΐτερος, ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος, quæ ut adjectiva trium terminationum variantur.
- 3 Demonstrativa 3. οὗτος. αὗτη, τοῦτο, ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, ὁ ἡ τὸ δεῖνα, vel δεῖς, δεῖνος, vel δεῖναλος, δεῖνι & δεῖνα τὸ δεῖνα.
- 4 Relativum, αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ: ut Possessiva superiora.
- 5 Composita 3. ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, ἑαυτοῦ, quæ Genit. Dat. Accus. singularem tantùm habent.
- 6 Gentilia 2. ἑωσδαπὸς, ὑμεδαπὸς, quorum Interrogativum ποδαπὸς, & flectuntur ut Possessiva, Gualp.

SECTIO. 3.

De Verbis.

Quæ sunt vel
- 1 Analoga, quorũ conjugationes sunt 13.
  - 1 Barytonorũ 6, in ω
  - 2 Cõtractorũ 3. in ῶ
  - 3 Verborum in μι, 4.

  quibus triplex accidit forma
  - 1 Activa
  - 2 Passiva
  - 3 Media.
- 2 Anomala.
  - 1 Impersonalia
  - 2 Heteroclita.

  de quibus vide fusiùs Grammaticos,

Excipe πλάττω πλάσσω πίπτω πτύω, πρᾶττω, ἱρίω ἄσσω, ἱμάσσω, ἰνδάσσω, πάσσω, λίσσω βράσσω, νάσσω πλήσσω, quæ Futurum dant σω. ut contrà σχιτλιαστικὰ ἰαλίζω, στιλίζω, cum quibusdam aliis, habent Fut. ξω. vide Chalcon. p.123. & Gualp. pag.72. πλίσσε 1. χρονικὰ 2. σφοδρωτικὴ. Chrysoloras, k Nisi in ἄω ἄσω, ἀνδάνω ἀνδίζομαι, ἰαδάλλω, ἰακρίω, ἀερμάω, ἀνδάω, ἀστράω, ἀυαντίζομαι, cum quibusdam aliis, quæ augmentum non admittunt & ἀάω, ἴζω, ἴδω ἴλαω ἰλκω, ἵπταμαι, ἵστω, ἰρίω, ἰρύω, ἱρπω, ἁρπάζομαι, ἱστάκω, ἵστασθαι. quæ mutationis vice, i adsciscunt, sed ἑορτάζω ἑορτάζω Gualp.p.80.

Barytonorum *Indices*, sive *Characteristicæ*, sunt Conjugationis horũ augmentatio est vel

	Præs.	Fut.	Præt.	
1	π, β, φ, πτ.	ψ	φα	τύπτω, τύψω, τέτυφα.
2	κ, γ, χ, χτ.	ξ	χα	πλέκω, πλέξω, πέπλεχα.
3	τ, δ, θ.	σ	κα	αὐύτω, αὐυσω, ἤυυκα.
4	ζ vel στ, ζ	ξ	χα	ἁρπάζω, ἁρπάξω, πήρπαχα
		σ	κα	ἁρπάζω, ἁρπάσω, πήρπακα.

ut

5. λ. μ. ν. ρ. & sic Fut. ultimâ circumflexâ præt. κα, ut ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλκα.

6. ω purum, Fut. σ. Præt. κα, ut πίω, πίσω, πέπικα, & caret plerunq; Aoristo & Futuro secundo, cum Præterito medio.

1 *Temporalis*, in quâ est formatio temporũ à se invicem, *in*, & *ex* Indicativis, cui accidit augmentum duplex

1 *Syllabicum*, cum verbùm incipit à Consonante, tum enim (ε) præfigitur *Imperfect. Pluſquamperfect. & duobus Aoristis*, modi tantùm Indicativi, ut τύπτω, ἔτυπτον, ἐτυπτάχειν, ἔτυψα, ἔτυχον.

2 *Temporale*, in verbis à vocali, aut dipthongo mutabili inchoantibus, tũ siquidem k mutantur in prædictis tẽporibus α, ε, αι, in η: ο & οι, in ω: αυ in ηυ. Quam supplicium etiã sequuntur formam. 1. *Composita cũ Nomine*. 2 *Cum* ὁμῶς vel ὁμοῦ, 3 *Cũ α, particulâ privativâ*, 4 *Cũ præpositione non mutante* significationem verbi. in cæteris, 1. *Ant augmentum* inter præpositionem & verbũ *interseritur*, præsertim cõpositis ab εὐ & δυς, ut εὐεργετῶ εὐηργέτουν, δυσαρεστῶ δυσηρέστουν; 2 *Aut præponitur* simul & *interponitur*, ut ἐνοχλέω. ἠνώχλουν

2 *Personalis*, unde personarum & numerorum in omnibus modis simplicitèr patet deductio. Utrumq; in singulis perpendemus.

Va-

In voce Activa, formatur

1 A Præsenti

1 Imperfectum, 1 Mutando ω in ον, & 2 Præponendo augmētū ut τάπτω ἔταπτον, βάπτω ἔβαπτον, ϱ geminato, quod in cæteris à ϱ inchoantibus, est observandum.

2 Futurū primū

1 In sextâ Conjugatione, ponendo σ ante ω, ut πίνω, πίσω.

2 In quintâ, circumflectendo ultimam, & corripiendo penultimam.

quæsi longa sit ratione 1 Positionis, abjiciatur 1 Consonans, ut τίμαω τιμῶ. 2 Diphthongi posterior 2 Vocalis, ut φαίνω, φανῶ.

3 In reliquis Conjugationibus, mutando indicem illius, in indicem hujus, ut τάπτω, τάξω, sed θρύπτω à τρύφω, θρύξω à τρύχω, ἴξω ab ἔχω, à fronte etiam assumunt aspiratam.

Quædam habent duplex Futurum, ut τύψω: & τυπτήσω. a τυπτω, & γεγράψω & γεγραφήσω a γράφω: de quibus vide Gualp. p. 89.

2 A Futuro primo

1 Præteritum præponendo ejus augmētū quod est ut Imperfecti, in incipiēt.ibus à vocali aut duplici consonante: aliàs repetitur, cū primâ thematis consonante, tenuis saltem pro aspiratâ, & in

1 Quintâ Cōjugatione, Futurum

1 Dissyllabum mutat ε penultimā in α, modò Futurum non desinat in μω. ut γελῶ ἔγελα.

2 λῶ vel ϱῶ, mutat ῶ in κα, μω in μαι, ut φαλῶ ἔφαλκα, σπερῶ ἔσπαρκα, νεμῶ νένεμημαι.

3 νω, mutat νω in Dyssyllabis 1 εινω 2 ινω 3 υνω ut κλεινῶ ἔκλεικα, κλινῶ κέκλικα, δυνῶ τέδυκα. in cæteris, ut φανῶ πέφαγκα.

2 Reliquis mutatur tantùm terminatio & index illius in hujus, ut τάξω, τέταχα, βίβλω ἔβλαβα augmento imperfecti retēto.

c Sic etiam in inchoantibus αω, εω, ω & muta cum liquidâ, præter γν & γμ. Clenard.

2 Ao-

Characteristicam Futuri non assumunt ἤνεγκα, ἤνεγκας, ἤνεγκα, ἤνεγκαμεν, ἤνεγκατε, ἤνεγκαν, ut faciunt cætera, Gualt. pag. 85.

2 Aoristus primus, { 1 Augmentum Imperfecti præponendo. 2 Mutando terminationem illius in hujus. 3 Producendo penultimam futuri quintæ cōjugationis, mutando α in η, ε in ει. } ut φαλῶ ἔφηλα, σπερῶ ἔσπειρα.

3 A perfecto pluſquamperfectum, præponendo ejus augmentum, & mutando α in ειν, ut πέπαχα ἐπεπάχειν.

4 Ab Imperfecto Aoriſtus ſecúdus, penultimam corripiendo quæ ſi lōga ſit.

1 Poſitione, in { 1 quartâ cō. jugatione, mutatur index in { 1. γ. ſi Fut. ſit ξω, ut πλέξω, ἔπλεξον, ἔπλαγον. 2 δ, ſi Fut. ſit σω, ut ῥεμβῶ, ἔῤῥεμβον, ἔῤῥεμβαδον. } 2 Reliquis abjicitur poſterior conſonans, ut ἔκαμον ἔκαμον.

2 Dipthongo, abjicitur poſterior vocalis, niſi in αι & ει, ubi prior eliditur, ut ἔφαδον ἔφυδον ἔλειπον ἔλιπον: ει tamen in quintâ conjug. in Diſſyllabis, mutatur in α, ut ἔσπειρον ἔσπαρον: in triſſyllabis, in ε, ut ἄφειλον, ὤφελον.

3 Vocali η vel ω, tranſeunt illæ in α, ſicut etiã & ε, ut ἔλαβον ἔλαβον, ἔτρωγον ἔτραγον, ἔδρεγν ἔδραρον: excipe ἔλεσον, ἔβλεπον, ἔφλεσον, ἔπτικον.

Inuſitatum eſt hic, & in voce media, niſi in quibuſdam Anomalis, & lonicè, Anteſig.

5 Ab Aoriſto ſecundo futurum ſecundum, demptoaugmento, & ον in ῶ mutato, ut ἔπαθον παθῶ.

6 Reliqui modi & Participia à ſuis Indicativis, mutando terminationes illorum in horum, commemorando Imperf. cum Præſentibus, Pluſquamperf. cum perfectis, ſublato demum augmento in Aoriſtis.

Variatio Perſonalis (ubi ων primæ pluralis excludit primam Dualem, & (ι) tertiæ pluralis, ſecundam & tertiam Dualis reddit ſimiles.)

Est in

1 Indicativo quadruplex

1 S. ω, εις, ει, D. ιον, ειον, ει, ειν, P. ομεν, ιτε, ουσι, ῶ, εῖ. F. 2. — sic — 1 Præsens — ut — τάττω
2 Futurú — 1m — ut — τάξω
2m — ut — ταγῶ

2 S. ον, ες, ε, D. ετον, έτην, P. ομεν, ετε, ον — ita — 1 Imperfectũ — ut — ἔταττον.
2 Aoristus secundus — ut — ἔταγον.

3 S. α. ας, ε, D. αιον, αιον, άτην, P. αμεν, αἶτε, ασι, αν — ita — 1 Perfectum — ut — τέταχα.
2 Aoristus primus — ut — ἔταξα.

4 S. εις, ες, ει, D. ειον, είτην, P. εῖμεν, ετε, εισαν — sic — Pluſquam perfectum ut — ἐτετάχειν.

2 Imperativo duplex — S. ε, έτω — D. ιον, ίτων — P. ετε, ίτωσαν — hîc omnia formátur tempora præter Aoristũ primũ qui ita variatur — ον, άτω — αιον, άτων — αῖτε, άιτωσαν — caret Futuris ut etiam Subjunctivus.

3 Optativo duplex — S. οιμι, οις, οι. D. οιτην, οίτην. P. οιμεν, οιτε, οιεν. — Ita omnia tempora præter Aoristũ primũ —
1 Communem, S. αιμι, αις, αι, D. αιτον, αίτην P. αιμεν, αιτε, αιεν,
2 Æolicum, S. ειαν, ειας, ειε. D. ειατον, ειάτην P. ειάμεν, ειατε, ειαν.

4 Subjunctivo unica, S. ω, ῃς, ῃ. D. ητον, ητον. P. ωμεν, ητε, ωσι.

Infinitivo triplex — 1 Omnia tẽpora præter — ειν — Quorum participia. — 1 ων, υσα, ον, οντ. υσης, οντ.
2 Perfectũ — ειναι & — 2 ώς, ῦῖα, ὸς, ότ. ύιας, ότ.
3 Aoristũ primũ — αι — 3 ας, ασα, αν, αντ. άσης, αντ.

SECTIO IV.

Formantur Tempora.

1 Indicativi

1 A suis Activis

1 Præsens | mutan
2 Imperf. | do
3 Aorist. 2 | do

1 ω in ομαι, ut τάπτω, τάπτομαι.
2 ον in όμην, ut ἔτυπτον, ἐτυπτόμην
3 ον in ην, ut ἔπαγον, ἐτάγην.

4 Perfectū mutādo ι, α, in μαι.

2 Indicem illius in Cō jugatione

1ª In μ, ut γλύφω, γλύφομαι.
2ª In γ, ut λέλεχα, λέλεγμαι,
3ª In σ, ut πέπλεκα, πέπλεσμαι.
4ª In γ, & σ, ut in 2 & 3 ut τέτυχα, τέτυγμαι, πέπρεχα πέπρεσμαι.
5ª Abjiciēdo; nisi ubi γκα vertitur in μμαι, ut τέφαγκα, πέφαμμαι.
6ª Modò mutando in σ, e penultimâ activâ brevi, aliter abjiciēdo. ut πέπλεκα, πέπλεγμαι, πεποίηκα, πεποίημαι excipe ἧκται, τέθραυσμαι & quædam alia σ assumentia. Gualper. pag. 99.

Diffyllaba in Conjug. 1 liquidām ante (ι) habentia (ε) vertunt in α ut ἔφυρα ἐφθαρμαι, τέφθαρμαι.

2 A Perfecti personâ.

1ª Plusquam perfectum, mutando μαι in μην, & augmentum addendo, ut τέτυμμαι ἐτετύγμην.
2ª Paulo-post Futurum, vertendo αι in ομαι, ut τέτυξαι τετύξομαι.
3ª Aoristus primus, mutando αι in ην, & tenues ante αι, in suas aspiratas, ut τέτακται ἐτάχθην, ἔσκεπται ἐσκέφθην repetens amissum (ε) pauca variant, assumendo σ, & (ε) pro (η) in penultimâ. Gualp: 102.

3 Ab Aoristo

1º Fut. pm, deponēdo augmentū, & mutando ν in σομαι, ut ἐτάχθην ταχθήσομαι.
2º Fut. 2m eodē modo, ut ἁλώην, ταλήσομαι

2 Perfecti

1 Imperativi, à 2º singulari perfecti Indicativi, mutando αι in ο, ut τέταξαι τέταξο.
2 Infinitivi, à 2ª ejusdem Duali, mutando ον in αι, ut τέταχθον τέταχθαι.

3 Reliquorum modorum & Participiorum ab his, ut antèà dictum fuit in Activâ.

For-

Est in 1 Indicativo, triplex

1 S. ομαι, η, εται. D. ὁμεθον, εσθον, εσθον. P. ὁμεθα, εσθε, ονται. Sic formatur præſens, cum Futuris tribus nempe, ταττ̀ομαι, ταχθήσομαι, ταγήσομαι, τιτάξομαι.

2 S. ὁμην, ου ετο. D. ὁμεθον, εσθον, ὁσθην. P. ὁμεθα, εσθε, οντο: ita variatur imperfectum, & Aoriſtus ſecundus medius, ſcilicet ἐτατττ̀ὁμην, & ἐταχὁμην.

3 S. in cójugatione
- 1ª, 4ª: ται, σται
- 5ª: μμαι, νσαι, νται
- 2ª, 4ª: σαι, ξαι, χαι
- 3ª, 4ª, 5ª, 6ª: σαι, σαι, μαι,

D. μεθον, σθον, σθον. P. μεθα, σθε, νται vel ασι, ſi tertia ſingularis deſinat in ται impurum, ut τύπτω, τετυγμένοι εἰσὶ: alter fit à tertiâ ſingulari, ponendo ν, ante ται purum, ut πείθω, πέπεισται, πεπείσμεθον, πεπείσθε, & iſta eſt ſolum forma perfectorum. *Clen.*

4 S. μην, σο, το. D. μεθον, σθον, σθην. P. μεθα, σθε, μένοι, ησαν vel ντο (ubi præteritum eſt νται:) ita tantum pluſquamperfectem, ut ἐτετάγμην.

5 S. ω, ης, η. D. ητον, ήτην. P. ημεν, ητε, ησαν. *Sic* Aoriſtus primus, & ſecundus, ut ἐτάχθην, ἐτάγην.

2 Imperativo, triplex

1 S. ω, έσθω, D. εσθον, έσθων. P. εσθε, έσθωσαν. Sic præſens & Imperf. ut τάττ̀ε, τάττ̀έσθω.

2 S. ου, σθω, D. σθον, σθων. P. σθε, σθωσαν. *Sic* Perfectũ & Pluſquamperf. ut τέτυξο. (τάχθητι, τάγηθι.

3 S. ηθι, ήτω, D. ηθον, ήτων. P. ηθε, ήτωσαν. Sic Aor. Niſi præcedat aſpirata, tum enim eſt ητι euphoniæ gratiâ, ut πάχθητι χθήτω. Gualp. p. 193.

3 Optativo duplex

1 S. οίμην, οιο, οιτο, D. οίμεθον, οισθην, οίσθην. P. οίμεθα, οισθε, οιντο, ita præſens & tria Futura, ut ταττ̀οίμην, ταχθησοίμην, τετυξοίμην.

2 S. είην, είης, είη. D. είητον, είητην. P. είημεν, είητε, είησαν, ſic Aoriſti, ταχθείην, ταγείην, & Perfectũ in Barytonis, quod ad iſtã formam circumloquimur Participio & verbo ſubſtantivo: in aliis verò, præſentis retinet terminationẽ, penul-

4 Subjunctivo duplex
- ultima (nisi in primis personis) circumflexa, ut πτίμω, πτίμῃς, πτιμῇ, &c. πδείκω, πδεῖς, πδεῖ, &c.
- 1 S. ωμαι, ῃ, ηται. D. ὦμεθον, ᾶθον, ᾶδον. P. ώμεθα, ᾶσθε, ῶντ); ita Præsens & imperfectum πάτλωμαι.
- 2 S. ῶ, ῇς ῆ. D. ῆτον, ῆτον. P. ῶμεν, ῆτε, ῶσι. ita Aoristi πχθῶ, πᾳῶ, & perfectum in Barytonis; aliàs ut præsens variatur ad modum optat: ut πτιώμαι πτοῖῃ, πτοιῆ), &c.

5 Infinitivo, sic omnia tempora Indicativi desinentia in
- 1 μαι & 2 μλιν faciunt
- 1 Infinitivum mutando (ε) finale 2æ Pluralis in αι, ut πάτλεδε, πάτλεδζ. Aoristis vero addendo αι, 1æ personæ singulari, ut ἐπάχθλιν πχθλῦαι.
- 2 Participia mutando μαι vel μλιν in μθ, μένη, μενον: sed Aoristi mutant ιν in εἰς, ᾶσα, αν; ut πάτλομαι πατλόμε. νος, ἐπάχθλιν, πχθλεὶς ᾶσα, αν.

Vocis Mediæ.

Formantur tempora vel A suis Activis,
- 1 Aoristus.
- 2 Futurum
- 3 Perfectum mntãdo

1 Aoristus. 2 Futurum mutãdo
- 1 ω in ἀμλιν, ut ἔπαξα ἐπαξάμλιν.
- 2 ον in όμλιν, ut ἔπαχον ἐπαχόμλιν.
- 3 ω in ομαι, ut πάξω πάξομαι.
- 4 ῶ in ῦμαι, ut πᾳγῶ πᾳγῦμαι: excipe ἔδομαι, πίομαι, φάγομαι.

3 Perfectum mntãdo
1 Indicem perfecti Activi, in indicem Aoristi secundi, ut πέπαχα πέπαγα, sed in sextâ conjugatione, κ tantum tollitur, ut λέλυκα λέλυα. Camd. Cruf.

Penultimam
1 Futuri
- 1 ε in ο in dissyllabis, ut πτρω ἔπτορα.
- 2 ω in οῦμαι, ut πείσω πποῖδα.

2 Præsentis Activi
- 1 αι in η, ut φαίνω πίφηνα.
- 2 α in η, nisi in paucis, ut θάλλα πέθηλα.

2 A se invicem, ut à Perfecto Pluſquamperf. mutando α in ειν, & præponendo augmentum, ut πέπεικα ἐπεπείκειν. Ab his autem, reliquorum modorum tempora & participia juxta Analogiam formarum præcedentium.

Variantur.

Perſonæ hoc modo.

1 In omnibus modis
- 1 Præſens & imperfectum ut paſſiva ſua.
- 2 Perfectū & pluſquamperfectū ut Activus.
- 3 Futura ut præſens.
- 4 Aoriſtus ſecundus ut Imperfectum.

2 Aoriſtus primus.
- 1 Indicat. S. ἁμίλω, ας, απο. D. ἁμίδον, ἀδον, ἀσθίω. P. ἁμιδα, ἀδε, ἀπτο.
- 2 Imperat. S. αι, ἀδω. D. ἀδον, ἀδων, P. ἀδε, ἀδωσ.
- 3 Optat. S. αἱμίλω, αιο, αιτο, D. αἱμιδον, αιθον, αἰδίω. P. αἱμιδα, αιδα, αιντο.

3 In Subjunctivis ωμαι Aoriſtorum ut præſens.

4 Infinitivus & participia ſequuntur Canones Infinitivi activi in præterito, paſſivi, in cæteris.

SECTIO. V.

Circumflexa oriuntur è 6ª Barytonorum in εω, αω. & οω, cujua formam omninò ſequuntur, niſi ubi.

Contrahũtur in præſenti tantũ & In quibus in
- 1 ε in εω, Fut. ήσω, preteritũ, ηκα, ut ποιέω, ποιήσω, πεποίηκα.
- 2 Cæteris.
  - 1 Diſſyllabis, 1ª ſingularis, 1ª etiam & 3ª pluralis (uti nec Optativus, nec Subjunctivus) non contrahuntur, ut πλέω πλέομεν, πλέουσι, non πλῶ πλοῦμεν, πλοῦσι.
  - 2 Tollitur, ε, vocali lõgâ vel dipthongo ſequente, ut ποιέω ποιῶ, ποιέοιμι ποιοῖμι.
  - 2. εε contrahitur in ει, εο, in ευ: ut ποιέετε ποιεῖτε, ποιέομεν ποιοῦμεν.

Excipe non nulla in 1, ίεω 1, ίουσω 3, utriſq. de quibus Gualp. p. 119.

Imperfecto, omnium formarũ & modorum & sunt conjugationis.

2 ε in αω ήσω ηκα, ut βοάω βοήσω ἐβόησα. In quibus si sequatur.

3 in οω, ωσω, ωκα, ut χρυσόω χρυσώσω ἐχρύσωκα: in quibus si sequatur

1 ω, vel o quovismodo. Alia vocalis — fit contractio

a, ut βοάεις βοᾷς, βοάετον, βοᾶτον.

1 ω, ut χρυσόω, χρυσῶ, &c.

2 ει, ut χρυσόεττον, ῶττον, &c.

3 οι, ut χρύσοεις χρυσοῖς nisi in Infinitivo in ουν, ut χρυσόειν χρυσοῦν.

Quædam exinias in quibus ε, ι, λ, vel ρ præcedit αω, ut ἰάω κοπιάω σκεδάω, ut ἀέσω sed κρίω & κλάω, αὔσω. Sylburg. p. 99 Gualp. p. 131.

2 Præter ἀρόω ὀνόω ὀσω Gualp p. 142. Horum nonnunquam vicem supplet circumflexa reduplicationem habentia ut τιθεῖ pro τίθησι, tanquã à τιθέω ῶ; ἰστῶ pro ἵστησι ab ἱστάω, διδοῖ pro δίδωσι à διδόω Gualp. p. 153.

SECTIO. VI.

Verba in μι carent.

Futuro 2, Aoristo 2. passivo, & præterito medio, nisi in dissyllabis 4. quæ retinent futurum & Aoristum secundum. Trissyllabis verò deest optativus, & Subjunctivus, nec ultrà imperfectum inflectuntur. Gualper. Camden.

1 Origo est à verbis sextæ Conjugationis in εω, αω, οω, υω.

1 Mutando ultimam in μι, & vertendo penultimam, si sit mutabilis, in suam longam.

2 Præponendo reduplicationem, quæ est vel

Propria, aut

1 Repetita prima Consonans thematis cum τ, ut δίδωμι.

2 Tenuis posita pro aspirata, ut θίθημι.

2 Impropria: cum (ι) tantum præfigitur, idq; fit cum verbum incipit vel à

1 σ, ut σίστημι.

2 Vocali, ut ἵημι.

Horum

Horum

1 Activæ

2 Imperativi

1 Indicativi

1 Præsenti, ubi persona secunda vertit μι in σ, tertia addit ι: ut τίθημι, τίθης, τίθηση; Dualis mutat σ in ν, & resumit vocales breves, ut τίθητον; inde τον in plurali dat μεν; μὸν, τε; σι; ut τίθεμὸν, τίθετε, τιθέᾶσι unde.

2 Imperfectum mutando μι in ν, & addendo augmentum, ut τίθημι ἐτίθεν; secunda mutat ν in σ; tertia tollit σ, ut ἐτίθεις ἐτίθη; Dualis adjicit τον & τὼν, quas pluralis vertit in μὸν, τε σαν, ut ἐτίθετον, ἐτιθέτην, ἐτίθεμὸν, ἐτίθετε, ἐτίθεσαν. Sed

Vsitatius est hic contractũ in 3 Conjugatione, ἐτίθουν ἐτίθεις ἐτίθου.

3 Aoristus secundus fit, σω futuri mutando in ν, addito augmento, ut à θήσω ἔθην, & progreditur ut imperfectum.

2 Imperativi

1 Præs. & Imperf. à secunda plurali præsentis Indicativi, mutando τε, in θι, ut ἵστατε ἵστασθι, δίδοτε δίδοσθι, sed τίθετε τίθεθι, euphoniæ gratia, & progreditur ut barytonon Aoristorum imperativi passivi: unde fit

2 Aorist. 2 tollendo tantum reduplicationem, ut { 1 θέτε vel θές ut 2 στῆτε 3 δοτε vel δός } præsens.

3 Optativi

1 Præs. & Imp. in Cõjugat. { 1 ι. 2 οι. 3 ιν. } ω & sequuntur formam Aoristorũ passivorum in Barytonis unde.

2 Aorist. 2 primâ syllabâ sublata, ut πιθείην, θείην ἱσταίην σταίην, διδοίην, δοίην.

4 Subjunctivi

1 præsens & imperf. à 1. plurali Indicativi, tollunt, μὸν & vertunt vocalem præcedentem in ω, ut τίθεμεν τιθῶ, ἵσταμεν ἱστῶ, δίδομὸν διδῶ. indeq;

2 Aoristus secundus (reduplicatione sub-

2 Variatio discrepãs à Barytonis, est tantũ in præsenti, Imperfecto & Aoristo 2 idq; vocis

5 Infinitivi

sublatâ) σω, σῶ, δω, & non deflectunt multùm ab Analogiâ Aoristorum passivorum.

1 Præsens & Imperfect. fiunt à 1. plurali Indicativi, mutando μεν in ναι, ut τίθεμεν τιθέναι: a quâ

2 Aoristus secundus abjectâ reduplicatione, & resumptâ longâ vocali, ut ἐστάναι στῆναι, excipe δοῦναι, λῦναι, εἶναι.

6 Participia

1 Præsentis & Aoristi secundi in Conjugat.

1ª ὶς, εῖσα, ὲν.
2ª ὰς, ᾶσα, ὰν.
3ª ὼς, οῦσα, ὸν.
4ª ὺς, ῦσα, ὺν.

2 Reliquorum, ut in barytonis.

2 Passivæ & mediæ

1 Indicativo, præs. à 1. plurali Act. mutãdo μεν in μαι, ut τίθεμεν τίθεμαι, & sequitur formam perfecti passivi tertiæ Conjugationis, hujus μαι, imperfectum vertit in μλω, & ejusdem plusquamp. sequitur, procreans Aoristum secundum medium, tollendò reduplicationem, ut ἐπεθέμην ἐθέμην.

2 Imperat: σαι secundæ sing. præsentis vertitur in σο, unde Aoristus secundus, medius ut τίθεσαι τίθεσο, vel τίθου θέσο τιθοῦ.

3 Optat: μλω fit ex ιω Act. & eodem modo Aorist. secundus, ut τιθείλω πθείμλω, θείμλω, in Aorist. 2. medio tollendo reduplicationẽ

4 Subjunct. μαι additur Activis, & dictam legem sequitur Aoristus secundus, ut πίθω τιθῶμαι θῶμαι.

5 Infinit. Præsens, Imperfect: Aoristus secundus medius, & participia sequuntur regulam desinentium in μαι vel μλω Barytonorum sextæ Conjugationis, à quâ reliqua tempora non deflectunt.

Atq;

Concluſio ad Lectorem.

Tẽ ita compendio patet, tot flexum expeditior (ut ſpero) ſemita; unde peritiores, refricent quod excidit; imperiti diſcant. Obſcuritatem præſtabit utilitas; tollet, aut adhibita cujuſvis Grammatice, aut unicâ ſaltem ſeptimanâ prælegentis adminiculum. Quæcunq; hic deſiderantur, ſic privatim habeo aliàs, delineata, ut è latinis (quæ didicimus) rudimentis commodè hauriantur. Quapropter non hìc quærendum, quod tradere non erat inſtituti. ſed quæ Latinorum non quadrarent normis Contractiſſima Paralipomena. *Quæſi cordatioribus non erunt deſpicatui, cæteri capiant an carpant, non penſi habeo.*

ἔδξιν ἐν ἀνθρώποισι διδακτὸν ἐστι νόημα,
ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.
Δόξα μονῷ τῷ θεῷ.

FINIS.

VIX anno traduntalii diſcenda: diebus,
Quæ tu das libro, ſex (*Prideauxe*) tuo.

GUIL. HELME *Sac. Theol. Bacch.*

E

TYROCINIVM AD SYLLOGISMVM

Legitimum contexendum, & *captiosum dissuendum, expeditissimum.*

IN QVO

Ad formam expensa Syllogisticam perstringuntur punctim Sophismata, nec minus solidè, quàm vulgò fit, ratione materiæ;

Excerptis ex optimis Authoribus exemplis Græco-latinis, ut majori cum voluptate & fructu, ex utriusq; linguæ candidatis & legantur, & intelligantur.

Aristot. 8. Top. cap. 1. Sect. 26.

Εἰς ἃ συρήνεσαν, σοφίσματα καὶ παραβολὰς ὀιστέον, σοφίσματα μὲν ὅσα, καὶ ἐξ ὧν ἐσμεν, διὰ Ὁμηρον μὴ διὰ χοιρίλον, ἕτω γὰρ ἂν συρίσειεν εἴη τὸ σοφιζόμενον.

OXONIÆ
Excudebat LEONARDUS LICHFIELD.
Anno Salutis 1639.

UM

NOBILISSIMO, ET LECTISSIMO
Adoleſcentum Ternioni, D.D.D. Chriſtiano Generoſiſſ. D. HERMANNI IULII proregis invictiſſimi Regis *Daniæ* in Inſulâ *Gotlandiâ*, Domini in *Aberg. Reffſtrup* filio: *Gregorio* etiam & *Erricô* Generoſiſſ. D *Petri Iulii*, Domini in *Alſted*, & *Linberg. &c.* filiis ſuaviſſimis amicis meis, honore, amore, ſtudio æternum proſequendis.

EST hoc amoris privilegium (Nobiliſſimi & clariſſimi Adoleſcentes) non compingi eiſdem, quibus amans cancellis, ſed liberè pro libitu verſari, non tàm ubi animat, quàm optat. Meum certè ita medullitùs cepit veſter candor, ut cohiberi non poſſit quin vobiſcum peregrinetur. Sive ea humanitatis ſit magnetica vis, ut vel ferrea hominum pectora ad ſe rapiat; ſive pietatis peculium, eâdem quâ cognoſcit operâ ignotos devincire; ſive gentilitium ſit hoc etiam illibatæ Nobilitati, non videri, & tamen eſſe; frui, & non apetere; aſſeclam habere famam, non dominam; fit neſcio quo pacto, ut inter tot *Oxonienſes* veſtri cupientiſſimos, ego is ſim, quem excutere non poteſtis ſi trans *Groenlandiam* properetis. Penſitanti igitur ſolicitiùs, quomodo vel meriti veſtri, vel amicitiæ noſtræ aliquod extaret teſtimonium; in procinctu non erat aliud præter incocta hæc adverſaria, quæ veſtræ nunc memoriæ obſervantèr conſecro. Non defuiſſent ſat ſcio limatiores, qui elucubratius aliquid inſcripſiſſent veſtro nomini, niſi vos *Oxonium* invifiſſetis, ut Theatrum *Cato*, tantummodo ad exeundum. In quo tametſi Deo diſponente ſic contigit, ut Nobiliſſimus veſter *Offenius* efflaret ultimum, non vobis tamen locus eſſet minùs acceptior, vel illius tantum cauſâ, cujus oſſa complectitur. Ille etenim flos delibatus Nobilitatis duplicem hic unâ morte lucratus eſt vitam, apud Deum præcipuam, apud nos alteram. Illam æternitatis, hanc famæ. Non dolendum igitur, quòd talis nos reli-

quit, ſed quòd nos non reliquit tales. Speculum erat ejus vita verè generoſi, mors Chriſtiani; in hac de ſe, in illâ de mundo triumphavit. Nam in ultimâ (ut noſtis) luctâ, his ipſis verbis ſæpiùs ingeminatis laceſſivit Diabolum, [*Habeo cœlum fac quid potes*] ad applauſum & ſtuporem omnium aſtantium: meo quidem tanto cum affectu, ut jam nunc intueri & audire illum videor, elevatis manibus, & fixis oculis conſtantèr preces effundentem, recitantem articulos fidei, ornatiſſimi *D. Bartholomæi Iohannis* collo inhærentem, flentem, oſculantem, illi gratias agentem, quod tot labores, curas, vigilias exantlaſſent ſui cauſâ, obſecrantem ut tandē deſiſteret in lamentis jacere, ſed cordolio potiùs parentum lenimen meditaretur, Vos demum tres ad ſe vocantem, apprehendentem uniuſcujuſq; dextram, monentem, hortantem, conſternatis deniq; & ſingultientibus heroicè (quantum per morbum licuit) valedicentem. Quæ non ideò partitè repeto, ut dolor veſter recrudeſceret, ſed ut inflammetur ſtudium ad domeſticum exemplum. Scio me currentibus calcar addere, ſed quid tum?

Qui monet ut facias, quod jam facis, ipſe monendo
Laudat.

Vos relicti eſtis ad conficiendum illud curriculum, quod ille tam fælicitèr inchoaverat; ut numeret conſultiſſimus præceptor veſter, non quos amiſit, ſed quos habet, & è tribus ſolvat *Daniæ*, quod per quinq; pollicebatur. Hoc exoptant etiam ii, quibus vos meliùs, quàm patria veſtra enotuit. Quod cum ipſe in hoc munuſculo conor ſignificare, accipietur (non diffido) haud alitèr quàm mutui amoris noſtri aliquod ſaltèm πεκμήριον. De Syllogiſmis (ut videtis) eſt, exemplis potiùs refertū quàm præceptis. Sic hinc inde erutis è *Peripati* vepretis, ut non prorſus diſcrepent ab iis, quæ ex *Ramo* vobis ſaltuatim tradidi. Præfatio præponderat tractatui propter veſtra nomina; è quibus & veſtrates intelligant quanti fit ubiq; benè inſtituta nobilitas; & ducantur noſtrates ad eandem ſemitam, vel exemplo veſtro, vel famā. Poſtremò, ne patentior ſit porta (ut lepidè ille) totâ civitate, qui iſta vobis bona largitus

gitus eſt Deus, ita mactet indies magis & perficiat, ut ſemento meſſis, fructus floſculis, vos omnium veſtrorum vatis cumulatè reſpondeatis. Ex quorum ego ſi non expungar albo, non deſinam perpetuò eſſe, quem veſtra me effecit virtus

E Muſæo Oxonii Celeberrimæ magnæ Britanniæ Academiæ, pridiè Solſtitium Brumale Exod. 22.21. *ADVenaM* non *Contriſtabis.*

Gordiano amicitiæ nodo vobis aſtrictiſſimus, *Iohannes Prideaux* Anglo-Devonienſis, Exonienſis Collegii Socius.

GUIL. HELME Exonienſis Coll. Socius Sac. Theol. Bacch.

DEceptu facilis bonus eſt. Tu dirigis omnes,
Vt technas, veri per rudimenta ſciant.
Aptum opus ingenuis. Ergo illis jure dicatum,
Pectora qui geſtant candida, nigra cavent.

IRrita nil proſunt furibundi ſpicula Turni,
Si natum Æneam protegat arte Venus:
Tela Sophiſtarum prorſus ſpernenda, libellum
Hunc ſi quis curet ſedulitate legi.
Paucula dilatare nihil, conſtringere multa
Qui ſcit, præ reliquis omnia puncta tulit.
Authorem laus certa manet pro talibus auſis,
Qui clauſit minimo commoda ſumma libro.

THOMAS CARILL è Coll. Exon.



Sectio prima de Syllogiſmi definitione, & propoſitionibus ipſum partibus.

1 SYllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quiddam diverſum ab his quæ poſita ſunt, neceſſariò accidit, eò quod hæc ſunt. 1° priorum cap. 1 Sect. 8. & 1 Top. 1. 3.

2 Ea autem quæ ſic ponuntur, præmiſſæ ſive propoſitiones appellantur; quod ex his infertur, dicitur concluſio. Itaq;

3 Idem per Idem non eſt concludendum *ut Magnetem trahere ferrum, quia trahit ferrum*, eſt enim ridicula *Principii petitio.*

4 Nec plus inferendum in concluſione, quàm fuit in præmiſſis.

Vnde ſophiſma { Quæ non ſunt uſui, non ſunt diſcenda,
Sed multa in organo Ariſtotelis non ſunt uſui,
Ergo organon Ariſtotelis non eſt diſcendum.

Sol. Concluſio plus infert quàm præmiſſæ largiuntur, ideoq; non *neceſſario accidit eò quòd hæc ſunt* ſequitur tantùm, Ergo quædam in Organo non ſunt diſcenda, non autem hoc, Ergo Organon Ariſtotelis non eſt diſcendum.

ὁ χρόνος. οὐδὲν ἀγὼ σοῦλλω εἰδὼς, σίγων Aeſchilus.

5 Propoſitio eſt oratio affirmans vel negans aliquid de aliquo, 1. *Priorum cap.* 1. Sect. 4.

6 Eſtq; vel { 1 Categorica } è cap. 5. libri de
{ 2 Hypothetica } Interp. Sect. 4.

7 Categorica propoſitio eſt quæ verbi vinculo continetur, ut homo eſt animal; Quæſtores ſunt Stryges, Itaq;

8 Duas habet partes { 1 Subjectum { *quas connectit copula*, ut in dato exemplo [*homo*] eſt ſubjectum [*eſt*] copula [*Animal*] prædicatum. 1. prior cap 1. Sect 7.
2 Prædicatum }

Ταμὶα λαμπὴς. Ariſtophanes.

9 Conſiderantur autem propoſitiones vel { 1 Per ſe, & ſic enoteſcunt præcipuæ ipſarum diviſiones intellecto hoc verſiculo.
Quæ? Ca: vel Hyp: Qualis? Ne vel Aff: Vn. Quanta? Par. Ind. Sing.
2 Inter ſe, & ſic accidit illis { 1 Oppoſitio.
2 Æquipollentia.
3 Converſio.

10 Oppoſitionis lucta conſpicitur in ſequenti diagrammate.

πολλοὶ φοβεροὶ. Xenophon.



πολλοὶ ἀληθεῖς. Pittacus. τὸ πολεμεῖν κακόν. Arist.

11 Quarum dirimuntur lites vel ratione

1 Materiæ, in qua *Neceſſariâ*; Indefinita propoſitio æquipollet *Vniverſali*: *Contingens* verò *particulari*. ut

Intemperantia eſt noxia, *equipollet huic*, Omnis intemperantia eſt noxia: *ſed* viciſſitudo eſt jucunda, *æquivalet tantùm huic*, aliqua viciſſitudo eſt jucunda.

2 Negationis Non. ut patet hoc verſiculo. *Pro Contradic: poſt Contrar. præ poſtq. Subalter.*

12 Convertuntur autem per partium tranſpoſitionem.

13 Idq; vel { 1 Simpliciter. 2 Per Accidens. 3 Per Contrapoſitionem.

Quod artificium latet in hoc verſiculo.

14 *Ecce, tibi, Simp. Armigeros, Ac. Arma, bono, Con.*

Et elicitur obſervatis tantum vocalibus, ad ductum verſuum inſequentium.

15 *Aſſe-*

15 *Asserit A, negat E, sed universaliter amba.*
Asserit I, negat O, sed particulariter ambo.
Hinc enim indigitatur talis conversio.

Per dictionem Ecce tibi Amigeros Armabono

Nullum violentum est perpetuum, Ergo
Nullum perpetuum est violentum.
Aliqua imperitia est intolerabilis, Ergo
Aliquod intolerabile est imperitia.
Omnis curiositas est dulcis amaritudo, Ergo
Aliqua dulcis amaritudo est curiositas.
Nulla fortuna est stabilis, Ergo
Aliquod stabile non est fortuna.
Omnia supervacanea sunt negligenda, Ergo
Aliquod quod non est negligendum non est supervacaneum.
vel quodcunq;

Vide hac de re Keck. Systema. lib. 2. cap. 6.

16 Hyhothetica est quæ conjunctionis vinculo continetur. è 5° cap. de interpret. Sect. 4. Itaq;

17 Duas habet partes: 1 Antecedens. 2 Consequens. sive sequelam. ut hic: Si cupidè dideceris, tum multa discces, illud quod præcedit [tum] est antecedens, quod sequitur, consequens.

18 Est q; vel

1 Cõgregativa, quæ est vel

1 Copulata è conjunctione copulativâ; ut Duo adversantur sano consilio, Celeritas & Ira.
hujus classes sunt
1 *Comparativa hujusmodi*, ut satiùs est tacere, quam temerè loqui.
2 *Relativa loci:* ut ubi major labor ibi major voluptas.
2 Connexa è conjunctione connexivâ, ut si malis convixeris tum malus ipse fies. Quo spectant temporis istæ consequentiæ: ut tum aurei fuere homines cum vicissim amaret, qui amabatur.

2 Segregativa, & est vel

1 Discreta è conjunctione discretivâ: ut, Quanquam amicus Plato, amicus Socrates, magis tamen amica veritas.
2 Distincta è conjunctione disjunctivâ: ut Aut dic aliquid silentio melius, aut tace.

Τὰ βίαια ἐλάχιστα χρόνον. *Philo.*
Βαρὺ ἀπαίδευσία. *Pittacus.*
Πολυπραγμοσύνη γλυκύπικρος. *Plutarch.*
Τί ἐν ἀνθρώποις χαριέστερον χαπτοφαγίστιον. Ναί. Εἰ δὲ μὴ φιλοκαλοῦσι πολυτελῶς. Ἰδιώτ. Δύο τὰ ἀνεπιτήδευτα ἀσυλλογίστως, πάχος τε καὶ ὀργή. *Thucyd.* Χρεῖττον σιωπᾶν ἢ τὰ μὴ καλῶς λεγόμενα *Phil.* Ὅπου πλοῦτος ἔνι, πολὺ μᾶλλον ἡ ἀδύνη, *Chrys.* Κακῶς ἐμυλλᾶτο, κακῶς ἐλέσθαι, κακῶς, *Arist.* Χρύσεαι πάλαι ἀνθρ. ἐν ἀντιφίλοις ὁ φίλοις. *Theocrit.* Ὅσον σοφίσματα τῶν ἀληθειῶν. *Aristot.* Ἡ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγᾶν λέγε. *Eurip.*

morum in genere.

1 Propositio in Syllogismo est vel { 1 Major, 2 Minor } utraq; resolvitur in suos terminos.

2 Terminus autem talis est triplex { 1 Major extremitas, 2 Minor extremitas } quæ semper inveniuntur in quæstione. 1. Post. 19. 3 Medius terminus qui aliunde assumitur, & sæpius dicitur.

τὸ πλεονάκις λεγόμενον. 2. Prior. 19 1.

Πίθηκος ὁ πίθηκος καὶ χρύσια ἔχει, συμβάσεται. Lucian. Τοιοῦτος ἐστὶν ἔχει. Cat.

3 Leges Syllogismi generales sunt

1 Syllogizare non est ex particulari, 1. prior. c. 24. par. 1.

Vnde sophisma { Aliquod animal est Simia, Aliquis homo est animal; *Ergo* Aliquis homo est Simia.

2 Neve negativis rectè concludere si vis, *ibid.*

Quare fallit hoc { Nullus venter habet aures, Nullum caput est venter: *Ergo* Nullum caput habet aures.

3 Ex falsis falsum, utrumq; aliquando sequetur. 2. prior. cap. 2. Sect. 1. item 4. 15.

Vt { Omnis asinus peritè tangit lyram; Aliquis Musicus est Asinus: *Ergo* Aliquis Musicus peritè tangit lyram.

Οὐκ ἀεὶ λόγος. *Varro.*

4 Ex veris possunt nil nisi vera sequi. *ibid.* 2. prior. 18. 1. Itaq; nunquam neganda est conclusio, sed vel major propositio, vel minor.

1. Prior. 24. 3. 5 Et sequitur partem conclusio debiliorem. Quapropter.

6 Si qua præit partis, sequitur conclusio partis.

Quia debilior est particularis quàm universalis propositio. Et

7 Si qua negata venit, conclusio sitq; negata.

Quia debilior est negatio affirmatione.

8 Tres Syllogismi & tantum tres, termini habentur. 1. post. cap. 19. Sect. 1. 1. Prior, 25. 1. 5.

Vnde illud syllogismus non currit quatuor pedibus.

Captiosum est igitur, { Omne B. immediatè sequitur A. Omne C. immediatè sequitur B. *Ergo* Omne C. immediatè sequitur A.

Quia duplex hic assumitur medius terminus, nam aliud est ipsum B. in majori, aliud immediatè sequi B. quod habetur in minore. Vnde quatuor oriuntur termini, quod in omnibus pœnè sophismatis accidit.

Οὐ βάδην αὐτὸν ἀσκεῖται τῶν βῆ λέγειν βαδίζειν.

9 Quos ut præmissæ tribuunt conclusio profert. 1. prior. cap. 34. 35. Item cap. 27, 12.

Idq;

Idq; sine veteratoriâ commutatione, vel

1 Casuum sic
- Asinus est aliud ab ove,
- Aries non est aliud ab ove: *Ergo*
- Aries non est aliud ab Asino.

Ubi major extremitas [*Asinus*] sit [*aliud ab Asino*] in conclusione, quæ debet esse, *Ergo* Aries non est Asinus.

Οὐ τοῦτο ζητεῖ. *Aristot. 1 Prior. c. 30.*

2 Conjugatorum hoc modo
- Omnis hominis est labi,
- Ratiocinari est omnis hominis: *Ergo*
- Ratiocinari est labi.

quâ [*ratiocinari*] è concreto in minore, sit abstractum in conclusione concludendum potius *Ergo* ratiocinantis est labi.

3 Terminorum quomodocunq;, ut
- Quicquid non quiescit movetur
- Terra non movetur, *Ergo*
- Terra non quiescit.

Concludendum est ergo *Terra non non quiescit*, hoc est per Æquipollentiam *quiescit*, ut integrè prædicetur in conclusione Major extremitas.

Ibid. cap. 31. Καὶ γὰρ ἀπὸ μὴ κειμένου ἀλλοίως ἢ λέλεκται. Διὸ πᾶς δὲ γίγνεται. *Aristop.*

10 Lex generalis erit, medium concludere nescit.

Explodendum est ergo
- Qui vivit jam natus est
- Senex vivit jam, *Ergo*
- Senex jam natus est

Quia [*Jam* est pars medii: concludendum tantum, ergo Senex natus est.

4 Syllogismus est duplex
- Explicitus; in quo nec redundat, nec deest quippiam; & est duplex.
  - 1 Categoricus.
  - 2 Hypotheticus.
- 2 Implicitus sive Crypticus.

5 Syllogismus Categoricus est ubi prædicatum quæstionis disponitur cum medio termino in majori propositione; & subjectum quæstionis cum eodem medio termino in minore propositione. Vt in propositâ quæstione (An Iuvenis sit Idoneus auditor moralis Philosophiæ) negatur, assumpto forinsecùs medio, *quia affectibus obtemperat*, jam quæstionis *subiectum* est Iuvenis, per. 7. c. 1. Sect. disposito itaq; *medio* cum quæstionis *prædicato*, innato rationis impetu sic effundetur syllogismus.

Qui obtemperat affectibus non est idoneus auditor Moralis Philosophiæ.
Sed juvenis affectibus obtemperat: *Ergo*
Iuvenis non est idoneus auditor moralis Philosophiæ *Arist. Eth* 1. c. 3.

Nisi πὶ τὸ πολλάκις ἐπὶ τὸ ἐπὶ πλεῖον.

1 Figuræ, tres ad triplicem dispositionem medii termini, qui est.

Sub. præ. prima, bis Præ. secunda, tertia bis Sub.
Ex medii collocatione figuram cognoscimus, 1. prior. cap. 32. Fo.

Non cum Iesuitis, itis, qui cum Iesuitis.

6 In hoc spectatur

Distorta est igitur hæc Iesuitarum forma nisi eam figuram admittamus: Qui negat articulum fidei, is solùm est hæreticus, sed hæreticus est qui negat Tobiam habuisse canem: Ergo sequitur esse articulum fidei quod Tobias canem habuerit. Colloquium. Ratisbon. Protocoll. Monach. sect. 11. pag. 132.

2 Modi 19.
Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum,
Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.
Ex quibus.

7 Omnes directè concludunt, *excipe quinq́*:
Quorum, si numeres, hæc nomina sunt, Baralipton,
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.

8 Prædico majorem cum sit conclusio recta,
Est indirecta cum prædicat illa minorem.

Sect. tertia. De tribus Figuris in specie.

1 Prima figura habet medium terminum subjectum in majori (*Universali vel singulari, nunquam particulari*) & prædicatu in minore (*in conclusione directa*) semper affirmante. c. 1. Prior. c. 4

2 Quare, in hac nō concluditur ex

1 Majore particulari, ut:
Aliqua conversatio artes peperit.
Omnis tumultus est conversatio: *Ergo*
Aliquis tumultus artes peperit.
Cultus etiam furiarum sunt hujusmodi.

Ὁμιλία ἐσθλὰ πὰς τίκτει, Euripid.
Ἀμφιδέξιον ἐστὶ, Lucian.
Πάντα ἐστὶ πεφύκασι, Phoe.
Μόνος σοφὸς πλούσιος Stoici.

Vniuscujusq; hominis ut manu altera est dextra,
Sinistra est uniuscujusq; hominis manus altera: *Ergo*
Sinistra est dextra.

2 Minore negante, ut:
Omnes mortui sunt pares,
Nulli vivi sunt mortui: *Ergo*
Nulli vivi sunt pares. *Vbi etiam negantium vim obtinent exclusivæ particulæ*, (solus tantùm, duntaxat &c.) *ejusdem igitur est fidei & paralogismus.*
Omnis dives est homo,
Solus sapiens est dives: *Ergo*
Solus sapiens est homo.

3 Mo-

3 Modos 9 complectitur, ſecundum illud.
Prima novem numerat, numerat quatuorq; ſecunda,
Vltima quæ reſtat retinet ſex verba figura.

Bar- Omnis ſuperbia eſt damnatus ſtultitiæ,
ba- Omnis philautia eſt ſuperbia: *Ergo*
ra. Omnis philautia eſt damnatus ſtultitiæ.
Ce- Nullus mortalis ſcit quid ſit futurum,
la- Omnis homo eſt Mortalis: *Ergo*
rent. Nullus homo ſcit quid ſit futurum.
Da- Omne carmen eſt rarum,
ri- Aliqui libri ſunt cari, *Ergo*
i. Aliqui libri ſunt rari.
Fe- Nulla aquila captat muſcas,
ri- Aliquis avis eſt aquila: *Ergo*
o. Aliqua avis non captat muſcas.
Ba- Omnis homo peccat,
ra- Omnis ſapiens eſt homo: *Ergo*
lip: Aliquis peccans eſt ſapiens.
Ce- Nullus ſuâ culpâ pauper eſt magni æſtimandus,
lan- Omnes prodigi ſunt ſuâ culpa paupere s: *Ergo*
tes. Nullus magni æſtimandus eſt prodigus.
Da Omnis admonitio ab amico eſt bona,
bi- Aliqua reprehenſio eſt admonitio ab amico: *Ergo*
tis. Aliquod bonum eſt reprehenſio.
Fa- Omne nimium vertitur in vitium,
peſ- Nulla moderatio eſt nimium: *Ergo*
mo. Aliquod quod vertitur in vitium non eſt moderatio.
Fri- Aliquod infortunium eſt calumniæ præmium,
ſeſ: Nulla felicitas eſt infortunium: *Ergo*
o. Aliquod calumniæ præmium non eſt felicitas.

Ἀλαζονία ἡ μικρὰ ἰσθμοῦ μεῖζον. *Sota dec.*
Ἄθλιον γὰρ μικρὸν ἀνασχεῖν ἀγαθόν. *Demoſthenes.*
Σκαιὸν τι τὸ πίμπλον. *Speuſip.*
Λύει ὁ θυμὸς τὰς μνίας.
Ἁμαρτάνει τὰ πολὺ σοφώτερα. *Æſch.*
Ἄσοφοι καταπαλαίσμασι χέρνης πίπτεις, *Ariſtot.*
Ἀχαιὸν σωφρονεῖν ἐπαινεῖν *Homer.*
Βίου ἡδὺ ἀνθρώπῳ χλιαρὸν. *Eurip.*
Ἀχαλίνων στομάτων τὸ τέλος δυσκλεὲς. *Eurip.*

Sectio quarta. De ſecunda & tertia figura.

1 Modi ſecundæ & tertiæ figuræ reducuntur ad primam, non quòd vis illationis eorum confirmetur, ſed ut dilucidius appareat. Zab.

1 Oſtenſiva, quam | 1 Initiales, B, C, D, F. nam incipientes in ſecunda vel tertiâ figurâ à B, ad Barbaram, à C, ad Celarent, à D, ad Darii, ab F. ad Ferio reducuntur.

2 In-

2 Reductio autem est vel ostendunt in modis certę quędam literæ, quæ sunt
- 2 Intermediæ S, P, M, C, ut patet his versiculis.
  Simpliciter verti vult S, P. *vero per Accis:*
  M. vult transponi, C, per impossibile duci.

2 Per impossibile, cum illationis evidentia ostenditur Per absurditatem admittendæ contradictionis, quod usitato tantum fit in Baroco & Bocardo, secundum hæc præcepta.

Majorem servat variat q, secunda minorem.
Tertia majorem variat, servat q, minorem.

3 Secunda figura habet medium terminum prædicatum in utraq; propositione: majori universali vel singulari nunquam particulari, eâq;, vel minori semper negante.

Τριῶν γιγνομένων πάντα τὰ πέντε. Ἐκ δὲ δυοῖν γιγνομένοιν οὐ τὰ αὐτά. Diog. Διαφέρουσι δὲ μικρόν, Liba.

4 Itaq; hîc non cõcluditur
- 1 Ex majori particulari ut
  - Quidam homines non observant ordinem,
  - Omnes verè studiosi observant ordinem: *Ergo*
  - Quidam verè studiosi non sunt homines.
- 2 Affirmativè, ut pri. c. 6.
  - Amor nascitur ex aspectu, &
  - Odium nascitur ex aspectu: *Ergo*
  - Odium est amor.

5 Hujus modi sunt quatuor.

Ces- Nulla naturæ dona sunt culpanda,
a- Omnia vitia sunt culpanda: *Ergo*
re. Nulla vitia sunt naturæ dona.

Reducitur ad

Ce- Nullum culpandum est naturæ donum
la- Omnia vitia sunt culpanda. *Ergo*
rent. Nullum vitium est naturæ donum.

Ἀρχὴ κακῶν ἡ ἀργία. Cam-

Cam- Omne otium est mali principium,
es- Nullum ingenuum exercitium est mali principium: *Ergo*
tres. Nullum ingenuum exercitium est otium.

Reducitur ad

Ce- Nullum mali principium est ingenuum exercitium,
la- Omne otium est mali principium: *Ergo*
rant. Nullum otium est ingenuum exercitium.

Fre-

Feſ- Nullus bonus verſatur cũm temulentis.
ti- Aliqui ſtudioſi verſantur cum temulentis: *Ergo*
nõ. Aliqui ſtudioſi non ſunt boni.

Reducitur ad.

Fe- Nullus qui verſatur cum temulentis eſt bonus,
ri- Aliqui ſtudioſi verſantur cum temulentis *Ergo*
o. Aliqui ſtudioſi non ſunt boni.

Ἐκ κακίστων κακὸς γίγνῃ. *Theog.*

Ba- Omnis amicus eſt alter ego,
ro- Aliquis familiaris non eſt alter ego: *Ergo*
go. Aliquis familiaris non eſt amicus.

Reducitur ad.

Bar- Omnis amicus eſt alter ego,
ba- Omnis familiaris eſt amicus: *Ergo*
ra. Omnis familiaris eſt alter ego.

ἕτερος φίλος ἐστὶν ὁ ἰσόψυχος, *Ariſt.*

6 Tertia figura eſt cum è medio termino bis ſubjecto, in majori ut libet, in minore affirmante, concluſio particularis infertur.

Ergo ſubdolè hic concluditur,
- 1 Ex minore negante, ut { Omnis ebrietas eſt inſania, / Nulla ebrietas eſt naturalis morbus. *Ergo* / Nullus naturalis morbus eſt inſania.
- 2 Univerſaliter, v. g. { Nulla quæ nocent ſunt expetenda, / Omnia quæ nocent, docent, *Ergo* / Nulla quæ docent ſunt expetenda.

Ἡ μέθη μανίη μανίη ἐστί. *Chryſip.*

Μετὰ λύπης ἡ μάθησις. *Ariſt.*

7 Hujus 6. ſunt modi.

Da- Omnis canis panes ſomniat,
rap- Omnis canis eſt animal: *Ergo*
ti. Aliquod animal panes ſomniat.

Reducitur ad

Da- Omnis canis panes ſomniat,
ri- Aliquod animal eſt canis: *Ergo*
i. Aliquod animal panes ſomniat.

Πᾶσα κύων ἁρπαγὴν μανίζει. *Theocr.*

Fe- Nullum vitium vitio eſt curandum,
lap Omne vitium eſt morbus: *Ergo*
ton. Aliquis morbus vitio non eſt curandus.

Reducitur ad

Fe- Nullum vitium vitio eſt curandum,
ri- Aliquis morbus eſt vitium: *Ergo*
o. Aliquis morbus vitio non eſt curandus.

Μὴ κακὸν κακοῦ ἰᾶσθαι. *Herod.*

Πλοῦς ἁμαρτάνων ἀληθῆ λέγει.

Di- Aliquis lapſus linguæ verum indicat,
ſa- Omnis lapſus linguæ eſt fortuitus: *Ergo*
mis. Aliquid fortuitum verum indicat.

Reducitur ad

Da- Omnis lapſus linguæ eſt fortuitus,
ri- Aliquod verum indicans eſt lapſus linguæ: *Ergo*
i. Aliquod verum indicans eſt fortuitum.

Τὸ καλὸν καθ' ἑαυτὸ ἀναιρεῖ. *Ariſt.*

Da Omne malum ſeipſum deſtruit,
tiſ- Aliquod malum eſt ſpecioſum: *Ergo*
i. Aliquod ſpecioſum ſeipſum deſtruit.

Reducitur ad

Da- Omne malum ſeipſum deſtruit,
ri- Aliquod ſpecioſum eſt malum: *Ergo*
i. Aliquod ſpecioſum ſeipſum deſtruit.

Ὅλῃ φθῖσιν οἱ χαλῶν πιπωκότες. *Hyppocr.*

Bo- Aliqui ſapientes vinum non bibunt,
car Omnes ſapientes ſunt imitandi: *Ergo*
do. Aliqui imitandi vinum non bibunt.

Reducitur ad

Bar- Omnes imitandi vinum bibunt
ba- Omnes ſapientes ſunt imitandi: *Ergo*
ra. Omnes ſapientes vinum bibunt.

Οὐδεὶς θεῷ ἀρῶν ἐπαρήγει ἀμαθίᾳ. *Soph.*

Fe- Nullus otioſus à Deo adjuvatur,
riſ- Aliqui otioſi ſunt Academici; *Ergo*
on. Aliqui Academici à Deo non adjuvantur.

Reducitur ad

Fe- Nulli otioſi à Deo adjuvantur,
ri- Aliqui Academici ſunt otioſi: *Ergo*
o. Aliqui Academici à Deo non adjuvantur.

Δειλὸς ὁ πλοῦτος. *Ariſtoph.* Πλοῦτε μεγάλαρ. *Pindar.*

8 Syllogiſmum tertiæ figuræ confirmat ἔκθεσις ſive ſyllogiſmus expoſitorius è medio conſtans ſingulari, ut

Plutus eſt timidus
Plutus eſt ſuperbus: *Ergo*
Aliquis ſuperbus eſt timidus.

} quem concludendi modum in cæteris etiam figuris recentiores admittunt.

Sect. 5. *De Syllogiſmo Hypothetico.*

Ἐμοῦσιν εἰδότος τί δηλαδὴ διδάσκειν. *Ariſtot.*

1 Sic ſe habuit Categoricus ſyllogiſmus, ſequitur Hypotheticus, in quo tota quæſtio eſt pars altera majoris propoſitionis affirmatæ & compoſitæ, medius terminus eſt pars reliqua, Vt, ſit quæſtio, *Utrum Plato ſit doctus?* Aſt hoc medio, *Quia alios poteſt docere.* Vnde ex medii hujus, & totius quæſtionis conjugio ſic conflatur major propoſitio: *Si Plato poteſt alios docere, tum eſt doctus*, è quâ quid aſſumendum, tollendum, aut inferendum ſpeciatim præcipitur.

Vid. 1. prior c. 44. 1. 4.

2 Reducitur autem ad Syllogiſmum Categoricum, & proinde

Inde ex illius conſtat regulis an legitimus ſit, vel latenter adulterinus. Pola. in Syntag. lib. 1. Vrſin. in Dialect. Rami lib. 2. cap. 4. Crellius Iſagog. lib. 3. cap. 7.

3 Eſtq; vel { 1 Connexus, 2 Disjunctus } exempla enim copulati aut diſcreti ſyllogiſmi apud probatos authores non occurrunt. Polan. & Vrſin. *Vid. Diſſertationem ὑπὲρ ὀνου σκιᾶς apud Plutarch. in Demoſt.*

4 Cõnexus cõſtat è majori cõnexivâ, & eſt duplex

1 Conſtructivus, qui ex aſſumpto antecedente conſequẽs cõcludit, ut

Si Megarenſis conduxit Aſinum, tum conduxit ipſius umbram, ſed verum prius: *Ergo* poſterius, Reducitur ſic ad Darii vel Barbara primæ figuræ.

Da- Qui conducit aſinum, conducit ipſius umbram,
ri- Megarenſis conduxit aſinum: *Ergo*
i. Megarenſis etiam conduxit umbram aſini.

2 Deſtructivus, ubi amoto cõſequente antecedens tollitur, ut

Si ſit bonus, tum credit ſeipſum eſſe malum.
Sed non credit ſeipſum eſſe malum, *Ergo*
Non eſt bonus.

Εἰ βέλτιστος ἐστὶν, οὐκ οἶδεν ὅτι κακός ἐστιν ἑαυτόν. Epichar.

Valet per ſecundam figuram in Baroco *aut* Cameſtres, *ut*

Ba- Bonus credit ſeipſum eſſe malum:
ro Hic non credit ſeipſum eſſe malum: *Ergo*
co. Hic non eſt bonus.

5 Syllogiſmus disjunctus eſt cujus propoſitio major eſt disjũcta

Eſtq; vel { Primus. Secundus.

7 Primus qui è disjunctis membris tollit alterutrum ut concludat reliquum.

8 Eſtq; vel partium { 1 Duarum, vi: g. A { 2 Plurium, ut

Aut hac viâ lepus effugit, aut illâ, ſed non hâc, ergo illâ; vel ſed non illâ, ergo hâc. *Argumentum canis in bivio apud Plut. Ἀγία ἀνίων Διός. Diog.*

Reductio

Da- Qui non hâc elapſus eſt, illâc effugit:
ri. Sed hic lepus non hâc elapſus eſt: *Ergo*
i. Illâc effugit. Vbi minor non negativa (ut videtur) eſt, ſed, infinitè affirmans ac ſi talis eſſet, *Sed hic lepus eſt hâc non tranſiens.* Crell. & Polan.) utrumq; ſi convellatur membrum. Dilemma quaſi *δὶς λαμβανόμενον* ſive bis ſumptum dicitur, quod Rhetorum potius eſt quam Logicorum.

Si fœlicitas ſit bonum, tum vel animi, vel corporis, vel fortunæ: non corporis, non fortunæ, *Ergo* animi; vel non animi, non corporis, ergo fortunæ. *Ariſt. 1. Eth. 1. Polit. cap. 2.*

Reductio.

Bar- Omne bonum eſt animi, aut corporis, aut fortunæ:
ba- Fœlicitas eſt bonum, non animi, non corporis: *Ergo*
ra. Bonum eſt fortunæ,

9 Disjunctus 3 *lo* eſt, qui è disjuncta majori propoſitione membris omnibus affirmata, aſſumit unum, ut tollat reliquum: ut

Aut abeundum, aut bibendum, ſed abeundum; ergo non eſt bibendum. — Reduc. Fe-ri-o. — *Abire non eſt bibere. Nunc eſt abeundum: Ergo Non eſt bibendum.*

Ἡσὶν δ', ὦ φίλοι δυοῖν θάτερον ἀνάγκη ζῶον Plato.

13 Itaq; pueriliter hic argumẽtantur ſcioli, vel

1 Ex altera parte majoris negata, ut — *Amicus eſt mutabilis, aut non eſt mutabilis, Sed eſt mutabilis; Ergò Non eſt mutabilis.*

2 Affirmativè, ut — *Inferendum potius, Ergo non eſt non mutabilis.*

Solitarius eſt aut Deus aut Dæmon; Sed eſt Deus, Ergo eſt Dæmon.

Ἄπολις ὁτὰν φύσει, ἢ δὲ τύχῃ ὢν, ἢ πρεῖττων ἢ ἄνθρωπος. *Arist. Pol. c. 2.*

Sect. 6.

1 Lineamenta ſunt iſta utcũq; ſyllogiſ. explicati, ſequitur Crypticus exceſſu, aut defectu, aut partium inverſione laborans. Itaq; 2 Si qua dubitatio propterea fuerit, explenda quæ deſunt, amputanda quæ ſuperſunt, redigenda pars quælibet in locum, & ad ſimplicis ſyllogiſmi lancem penſiculatiùs eſt trutinanda.

3 Hujus ſpecies celebriores ſunt

1 Enthymema quod ex altera tantum præmiſſarum infert concluſionem, ut — *Patris increpatio ſuave eſt remedium Ergo Eſt magni facienda. Itaq;* 1 Duabus conſtat partibus, antecedente & conſequente, quæ ſi perperàm coaleſcant, vulgo dicitur. *Negatur argumentum;* & 2 Reducitur ad perfectum ſyllogiſmum, adjuncta quæ deeſt, propoſitione majori aut minori:

Παιρὸς ἐπίπληξις ἡδὺ φάρμακον. *Socrat.*

2 Inductio, ubi ex collectione ſing. aut partic. univerſale concluditur, ut — *Bernardus non vidit omnia, Plato non vidit omnia, Ariſtoteles non vidit omnia, & ſic in cæteris; Ergo unus vir non vidit omnia. Itaq; Elidit. adducta inſtantia, ut in adhibito exemplo, ſi oſtendam aliquem exũtiſſe qui omnia percepcrit, e concludit Inductio.*

Ἐστ' οὖν τὸ πᾶν, ὃ ὁρῶ. *Eurip.*

3 Exemplũ in quo unum ex alio probatur propter utriuſq; ſimilitudinem, ut — *Laudabilis erat Spartanis majorum reverentia, Ergo convenit nos etiam ſeniores revereri.* 1 Reducitur ad perfectum ſyllogiſmum, ut Enthymema, addita, quæ deeſt propoſitione: & 2 Refellitur oſtenſa partium diſſimilitudine.

Ἐν σπάρτῃ μόνῃ, λυσιτελεῖ γεραίρειν. *Plut.*

4 Sorites, qui ex pluribus propoſitionibus invicẽ concatenatis à primo ad ultimum (ut loquũtur) cõcludit, ut — *Qui bene audit, benè diſcit, qui benè diſcit rectè ſapit; qui rectè ſapit, immortales acquirit poſſeſſiones, Ergo qui bene audit immortales acquirit poſſeſſiones.*

Ἡ σοφία μόνη τῶν μαθημάτων αὐτὴ ἑαυτὴν ἤτησεν. *Isocr.*

FINIS.

HEPTADES LOGICAE.

SIVE

MONITA AD AMPLIORES Tractatus Introductoria.

Pugnus quo compreßior eò ferit fortiùs.

OXONIÆ,
Excudebat LEONARDUS LICHFIELD,
Impenſis Tho. Allam & Eliæ Pearſe.
An. Dom. 1639.



HEPTADES
LOGICÆ.

SECT. I.

De parte Noematica.

1. LOgica Artificialis est doctrina, quæ dirigit rationem innatam, ad quodvis intelligibile dexterius librandum, & discutiendum.

2 Ejus septem statuantur partes
1 *Noematica.*
2 *Thematica.*
3 *Axiomatica.*
4 *Dianoetica.*
5 *Methodica.*
6 *Analytica.*
7 *Genetica.*

3 *Noematica* exhibet *prædicabilia*, quæ fiunt per abstractionem mentis à *singularibus*, sive *Individuis*.

4 *Individua* incurrunt in sensus, eaq; inter se distinguunt.

1 2 3 4 5 6 7
Forma, Figura, Locus, Stirps, Nomen, Patria, Tempus.

5 Etin (1) *rationalibus* appellantur *personæ*. (2) in *substantiis suppositis*. (3) in *accidentibus*, & substantiis *signatis*, *Individua*. (4) in *Indefinitis*, *vagis*, *particularia*.

6 *Prædicabilia* seu vniversalia sunt *æterna*, *semper*, & *ubiq;*, ad portionem suorum *singularium*, è quibus fluunt necessariò.

7 Vulgo (5) enumerantur
1 *Genus*
2 *Species.*
3 *Differentia.*
4 *Proprium.*
5 *Accidens.*

8 *Genus* est *universale*, quod prædicatur de pluribus *specie* differentibus in *quid*, ut animal de homine & bruto.

9 Estq; vel { 1 *Summum* ut *Substantia, Quantitas*, &c.
2 *Subalternum* ut *animal*.

10 *Species* est *universale* quod prædicatur de pluribus *numero* differentibus, in *quid*, ut homo de *Philippo*, & *Georgio*.

11 Estq; vel { 1 *Subalterna* ut animal.
2 *Specialissima* ut homo.

12 *Differentia* est *universale* quod prædicatur de pluribus *specie* vel *numero* differentibus in quale quid.

13 Estq; vel { 1 *Specifica* ut rationale.
2 *Numerica* ut *forma* rei *Individualis*.

14 *Proprium* est *universale* quod omni *suæ speciei*, *soli*, & *semper* accidentaliter, necessariò, & conversim, convenit, ut *risibile* homini, *Hinnibile* equo. intellige proprium *quarto modo*.

15 *Accidens* est *universale*, quod *adesse*, vel *abesse* potest sine subjecti interitu.

16 Estq; vel { 1 *Separabile*, ut albedo à pariete.
2 *Inseparabile*, ut nigredo à corvo.

17 Semper *inhæret* in subjecto, (2) nec potest *migrare* à subjecto in subjectum, (3) nec *esse* in diversis subjectis (4) nec duo accidentia ejusdem speciei, *numero* tantùm differentia, possunt esse in *eodem* subjecto, ut duæ *albedines* in uno *lacte*.

Scrupuli.

An {
1 Logica nitatur potiùs *praxi*, quam *præceptis*? *Aff.*
2 Mixta à *Peripatetica*, *Ramea*, & *Lulliana* sit cæteris præferenda. *Aff.*
3 Facilius & utilius tradatur per capitum *Heptades*, *Pentades*, aut *Triades*, quam per receptiores recentiorum *Dichotomia*? *Aff.*
4 Porphyrii Isagoge commodè Aristotelis Organo prælegatur? *Aff.*
5 Individua & secundæ intentiones sextum & septimum constituant prædicabile? *Aff.*
6 Organon quod dicitur Aristotelis sit opus Logicum absolutum? *N.*
7 Ex lectione *quæstionistarum* sine præcio systemate, unquam evadat quispiam, in hac vel alia disciplina exactus? *N.*
8 Recte instituantur tot disputationes de præceptis Logicis? *N.*
9 Jesuiticæ Logices Informatio sit cæteris omnibus depravatior? *Aff.*
10 Rabbinicus disputandi modus sit probandus? vid. *Schickard.*
11 Proprium quarto modo unius speciei, aliis sit communicabile? *N.*
12 Possibile sit ut *accidens* existat sine subjecto? *N.*

SECT.

SECT. 2.

De parte Thematica.

1 PArti Noematicæ quæ absolvit *prædicabilia*, attexitur, pars *Thematica* quæ *Prædicamentorum* delineat doctrinam.

2 Ista vulgò distribuitur in
1 *Antepræd icamenta*, adumbrantia rerum *formalitates*.
2 *Prædicamenta* digerentia *realitates*.
3 *Postprædicamenta*, suggerentia *modalitates*.

3 *Antepræd icamenta* præmittuntur ut exactiùs intelligatur *prædicamentorum*, quæ subjicitur doctrina.

Sunt 12 tria in genere, septem in specie
1 *Tres definitiones*
2 *Duæ divisiones*
3 *Duæ regulæ*
} quæ insinuant, quodlibet cujuscunq; *artis* aut *scientiæ systema*, ex (1) *definitionibus* (2) *divisionibus* & (3) *regulis* constare, ut videre est in recentioribus *Methodistis*.

5 Cumque aliquid de alio prædicetur vel
1 *Æquivocè*, quoad *nomen* tantum, ut *canis* de animali & *stella*.
2 *Univocè* non tantum quoad *nomen* sed ejusdem nominis *rationem*, ut *animal* de *homine*.
3 *Denominativè* ut *accidens* cujus *abstractum* inhæret, & *concretum* de subjecto dicitur, ut quia *albedo* inest *cygno* ergo *cygnus* est albus.
4 *Tropicè* ut homo est *bulla*.
5 *Illativè* ut si cupidè *didiceris*, tum *multa* disces.
6 *Divisivè*, ut vir *solitarius* est vel *Deus* vel *Dæmon*.
7 *In obliquo*, ut in principio creavit Deus cœlum & terram; *directè univocè*, tantùm locum in *prædicamentis* inveniant, exclusis aliis prædicandi *formulis*.

6 Duæ *divisiones*
1 *Vocum*, in
1 *Simplices*, ut Homo, Currit.
2 *Conjunctas*, ut currit homo.
2 *Rerum* in
1 *Substantiam*
2 *Accidens*
} Juxta illud,
Sumimus Aristotelen in animando Cucumines rerum,
In duo divisit quicquid in orbe fuit:

7 Monent, (1) *simpliciter* ejusdem *speciei* *Conjuncta* in prædicamentis non *admittenda*, (2) et *primum prædicamentum* tantùm esse *substantiam*, & reliqua novem constare ex *accidentibus*.

8 Duæ verò regulæ quarum
1. *Cognatorum*, è quibus *quicquid prædicatur* (in eadem serie prædicamentali) de *prædicato*, *prædicabitur* etiam de *subjecto*; ut quia *corpus* in substantiâ prædicatur de *animali*, prædicabitur etiam de homine.
2. *Diversorum generum* & non *subalternatim positorum*, *diversæ* sunt *species* & *diversa differentiæ*: Ostendunt, quomodo *cognata* in *eadem serie* de seinvicem prædicantur, & *diversa* ad *diversas* classes referantur.

9 Siquidem, *prædicamentum* est *prædicabilium ordinatio*, secundùm *sub* & *supra*, in quâ omnium *artium* & *scientiarum* observentur *Themata*, *subjecta*, seu *objecta*. At verò

Ista Categoriam non possunt verba Locari,
Vox artis, Consignificans, Privatio, Fictum,
Pars, Deus, Excedens, Complexum, seu Polysemon

10 *Excedentia* ista seu *Transcendentia*, Thema suppeditat *Metaphysicis*, suntq; sex *Ens, Res, Unum, Aliquid, Verum*, conjunge *Bonum*.

11 Prædicamenta sunt decem

1	*Substantia*	Prædicamentum.	1 *Physicum*
2	*Quantitas*		2 *Mathematicum*
3	*Relatio*		3 *Iuridicum*
4	*Qualitas*		4 *Ethicum* præcipue
5	*Actio*		5 *Politicum*
6	*Passio*		6 *Martyrum*
7	*Ubi*		7 *Geographicum*
8	*Quando*		8 *Chronologicum*
9	*Situs*		9 *Tacticum*
10	*Habitus*		10 *Aulicum*

12 Comprehensa hoc distichon

1 2 3 4 5 6
Arbor, Sex, Struat, Fenuare, Refrigerat, Vsi or,
7 8 9 10
Rura, Cras, Stabo, Quies, Edificium Eo.

13 Huc facit & illud

Nil o Socrate similiter omnia Prædicamenta.

14 Substantia est classis rerum per se *subsistentium*, *existentium*, & *essentium*: unde (1) non *inest* in *subjecto*, (2) nec alteri *contrariatur*, sed tantùm *disparatur*, (3) nec suscipit *magis* & *minus*, sed (4) *subjectum* est omnium *accidentium*.

15 Estq; vel
1 *Incorporea*, *Thema* seu *subjectum Pneumatologiæ*, seu doctrinæ de spiritibus. [*sophiæ*.
2 *Corporea*, *Thema Somatologiæ*, Physicæ seu *Naturalis Philo-*

16 In hoc Prædicamento præcipuè, *Arbor* ista quæ vulgo dicitur *Porphyriana* expandit *Ramos*, de qua *Gulielmi Burlei* Distichon.

Arbor

Arbor sum plana, quæ vocor *Porphyriana*,
Mater sum litis, non nota nisi peritis.

17 *Quantitas* complectitur suo ambitu omnia *commensurabilia*, cui nihil etiam est 1 *Contrarium*, sed aliquid est *disparatum*, 2 nec *suscipit magis & minùs*, sed *maius & minus*, 3 *æquale* vel *inæquale* ratione hujus aliquid dicitur, hujus etiam sunt quasi *laquearia*, *Mappæ*, *Tabulæ & quælibet Organa Mathematica*,

18 Estq; vel
- 1 Continua ut magnitudo cujus species sunt
  - 1 *Linea* Thema *longimetriæ*.
  - 2 *Superficies*, *Planometriæ*.
  - 3 *Corpus*, *Steriometriæ*.
  - 4 *Locus*, *Topometriæ*.
  - 5 *Tempus*, *Chronometriæ*.
- 2 Discreta ut multitudo cujus species sunt
  - 1 *Numerus* Thema seu subjectum.
  - *Arithmeticæ*.
  - 2 Oratio pensum *Poëseos* & *Musices*.

19 *Relatio* comprehendit *respectuum varietates*, quæ vel 1 ϖου, vel 2 ϖχῦ, vel 3 πχῦ, vel 4 ασυμβίβου, inter *relata* & *correlata* emergunt.

20 Ista autem sunt 1 *Simul* natura, & 2 inter se *reciprocantur*, & 3 Iuridicis *Genealogistis*, & *Scriptoribus* de *officiis Themata* suggerunt, unde arbores *Consanguinitatis*, & *Affinitatis*, in hoc præcipue horto, sunt quærendæ.

21 *Qualitas* 1 *Habitus*, & *dispositiones*, 2 *Naturales potentias*, & *Impotentias*, 3 *Passiones*, & passibiles *qualitates*, 4 *Formas*, & *Figuras*, juxta suas classes digerit, Vnde

22 Et 1 *Contraria* admittit, quæ 2 *Magis* & *Minùs* secum trahunt, & 3 *Similitudinem* & *Dissimilitudinem* omnem exhibet, nec *Ethicis* tantum, sed & *Physicis* & *Theologis*, momenti *summi* suppeditat *Themata* in *virtutum* præsertim & *vitiorum* conflictu, & habituum *infusorum*, & *acquisitorum*, & *passionum*, examine, & regimine.

23 Quæ sequuntur Categoriæ Prædicamentorum titulos vix merentur. Quia.

24 *Actio*, est effectus *Qualitatis*.

25 *Passio*, est effectus *Actionis*.

26 *Vbi* autem, respectum *loci* ad *locatum*,

27 *Quando*, *Temporis* ad rem *temporariam*,

28 *Situs*, *partium* ad *totum*.

29 *Habitus*, *vestimenti* ad *vestitum* tantùm denotant.

1 In *Oppositionibus*
- 1 *Disiunctorum.*
- 2 *Diuersorum.*
- 3 *Disparatorum.*
- 4 *Relatorum.*
- 5 *Aduersorum.*
- 6 *Priuantium.*
- 7 *Contradicentium.*

2 Priorum, iuxte versiculos
Tempore, natura prius, ordine, dig: & honore,
Causa mea sato, scimus esse prius.

3 Simul (1) *Tempore* (2) *Natura.*

4 *Motuum in*
- 1 *Creatione*
- 2 *Generatione*
- 3 *Corruptione*
- 4 *Augmentatione*
- 5 *Diminutione*
- 6 *Alteratione*
- 7 *Locimutatione.*

5 Habendi ad hunc modum.
Affectum, quantum, vestitum, dic velut *aurum,*
Membrum, coturnum, possessio, vir, malicrem.

30 *Postpraedicamenta* alii vocant *modalitates*

Scrupuli.

1 *Liber Praedicamentorum sit Aristotelis?* A.
2 *Rerum formalitates ex aut per praedicamenta eliciantur?* A.
3 *Metaphysici tantùm sit tractare de Transcendentibus & praedicamentis?* N.
4 *Forsan praedicamenta quae sunt artium systemata?* A.
5 *Deus cultoetur circa decem praedicamenta (substantiae?* A.
6 *Sex ultima praedicamenta sint appendices potius quatuor praecedentium, quàm distincta rerum classes?* A.
7 Gilbertus Porretanus *habeatur in illis describendis author Classicus?* N.
8 *Modalitates rerum in Postpraedicamentis, realitatibus in praedicamentis dispositis, aliquam lucem adferant?* A.

SECT. 3.

De Parte Axiomatica.

1 EX *Praedicamentis*, & *Praedicabilibus*, antèà delineatis, coalescunt *Propositiones* seu *Axiomata*, quæ pars hæc tertia *Axiomatica* expendit.

2 Propositio

2 Propositio est *Oratio, affirmans*, vel *negans*, aliquid de aliquo, *Itaq;*
3 *Interrogata, Imperata, Optata*, & cætera hujusmodi, huc non spectant, sed si propositio *dubia* sit, appellatur *Quæstio*, si *inferatur* ex præmissis, *Conclusio*.

4 Propositiones autem sunt vel
1 *Categoricæ.*
2 *Hypotheticæ.*
3 *Copulatæ*
4 *Comparatæ*
5 *Discretæ*
6 *Disjunctæ*
7 *Modales.*

5 Categorica constat ex (1) *subjecto* (2) *Copula* (3) *prædicato*, ut *Deus* est *spiritus*, & dividitur ad ductum istius triti versiculi.

Quæ? Car: vel Hyp: Qualis? Nec vel *Aff: Quanta? Vni Par: Indi: Sing:*

6 Accidunt autem his & ratione illarú, compositis *propositionibus.*
1 *Oppositio* in
1 Contrariis
2 Subcontrariis
3 Contradictoriis
4 Subalternis
2 *Æquipollentia*: juxta illud
Præ: Contradict: Post: Contrar: Præ: Postq, Subalter.
3 *Conversio*: ad normam talium versiculorum
Ecce tibi: Simp: Armigeros: Acc: Arma Bono: Con.
Explicatum per illud
Asserit A: negat. E. sed universaliter ambæ.
Asserit I. *negat O. sed particulariter ambo.*
4 *Suppositio*, ubi vox intelligitur poni pro re.
5 *Ampliatio*, cùm quod effertur in *præsenti* ad reliqua extenditur *tempora*, tam *Imaginaria* quam *possibilia.*
6 *Restrictio*, amplificationem *cohibens* ad terminum præcisum.
7 *Exceptio* accipiens *unum*, alio *exclusó*, juxta illud
Excludit, Solus: Præter: Excipit: Quaq; restringit.

7 In *Hypothetica* propositionibus seu *conditionalibus* præcipuè conspiciantur *Antecedens* & *Consequens* quæ connectit *Conjunctio*, ut si *Deus* sit, tum est *Providentia.*
8 *Copulatæ propositionis* Character est *Conjunctio Copulativa*, ut *natura* est *principium* motûs & quietis.
9 *Comparatæ* Indicantur à Particulis, *Tum, Cùm, Vbi, Ibi*, ut ubi *amor* ibi *oculus*, Cùm venerit *Elias* Tum ipse *nodum solvet.*
10 *Discretæ* sensum disterminant, & quasi *dubio occurrunt*, ut Quanquam Deus permittat *peccatum*, tamen non est *author peccati.*
11 *Disjunctæ* oppositæ sic partiuntur, ut nil relinquatur medium, ut *dies* est aut *nox* est.
12 *Modales* facile per hosce quatuor terminos. (1) *Necesse.* (2) *Contingens.*
(3) *Possibile.*

(3) *Possibile.* (4) *Impossibile* innotescunt, quæ tam fusè & confusè per (12) *ordines* disponuntur tanta cum discentis *nausea*, ut vulgò illud increbuerit *De Modalibus non gustabit Asinus.*

Scrupuli.

An
1 *Nomen, Verbum,* & *Oratio* sint à Grammaticis potius adducenda quam in Logicis *addiscenda*? *Aff.*
2 *Divisio in simplicem & compositam potius quàm in Categoricam & Hypotheticam, propositionibus accuratiùs adaptetur Aff.*
3 *Septem istæ propositionis Categoricæ attributa, omittantur in Logicis, sine artis magno dispendio? Aff.*
4 *De Propositionibus Hypotheticis certi aliquid tradiderit Aristoteles in suo Organo? Neg.*
5 *Modalium isti ordines & Regulæ ulli usui inserviant? N.*

SECT. 4.

De parte Dianoetica.

1 VT *Propositiones* habuimus ex *simplicibus terminis*, sic *Dianoia Syllogistica* fluit ex *Propositionibus.*

2 *Syllogismus* est *discursus* in quo ex *duabus* vel *re* vel *virtute* præmissis propositionibus, Conclusio à *præmissis diversa*, vi *præmissarum* infertur.

3 Itaq;
1 *Idem* per *idem* non est *concludendum*, ut *Magnes* trahit ferrum quia trahit *ferrum.*
2 Non plus inferat *Conclusio*, quam præmissæ *largiuntur*, ut
Inutilia non sunt discenda,
Multa in organo Aristotelis sunt inutilia, *Ergo*
Organon Aristotelis non est discendum.

1 Syllogizare non est ex particulari.
unde *Sophisma*
Aliquod animal est Simia,
Aliquis homo est animal. Ergo
Aliquis homo est Simia.
2 Neve Negativis recte concludere si vis
Quare fallit hoc
Nullus venter habet aures.
Nullum caput est venter. Ergo
Nullum caput habet aures.
3 Ex falsis falsum verumq; aliquando sequetur.
ut
Omnis Asinus peritè tangit lyram
Aliquis musicus est Asinus. Ergo,
Aliquis Musicus peritè tangit lyram.

4 Leges

4 Ex veris possunt nil nisi vera sequi. Itaq; nunquam negandâ est *Conclusio* sed vel *maior* propositio vel minor.

5 Et sequitur partem conclusio debiliorem. Quare *Si qua præit partis, sequitur conclusio partis.*

Si qua negata venit, conclusio sitq; negata,

Quia debilior est *particularis universali*, & *negatio affirmatione.*

6 Tres syllogismi & tantùm tres termini habentur. Absq; aliquâ 1 *Mutatione medii*

Ut { *Nullus infans est juvenis,* / *Nullus senex fuit infans,* Ergo / *Nullus senex fuit juvenis.*

4 *Leges syllogismorum*, ad hęc *septem* revocantur capita

Fallit, quia aliud est *esse infantem*, quod est *medium* majoris, aliud *fuisse infantem*, quod assumitur in minori.

Vel 2 *Terminorum,*

Ut { *Asinus est aliud ab ove,* / *Aries non est aliud ab ove,* Ergo / *Aries non est aliud ab Asino,*

Vbi *vitiosè* mutatur major extremitas *Asinus* in *aliud ab Asino* in conclusione, quæ debet esse, *Ergo Aries* non est *Asinus.*

7 Lex generalis erit medium concludere nescit.

Ut { *Qui jam vivit natus est,* / *Senex jam vivit,* Ergo / *Senex jam natus est.*

Resp. *Iam* est pars *medii*, concluditur tantùm *ergo Senex natus est.*

9 *Syllogismus* est vel

1 *Categoricus.*
2 *Hypotheticus.*
3 *Enthymematicus.*
4 *Pleonasticus.*
5 *Apodicticus.*
6 *Topicus.*
7 *Sophisticus.*

6 *Categoricus* est in quo *prædicatum quæstionis*, cum *medio termino* dispositum, facit *maiorem*, *subiectum* ejusdem quæstionis, *minorem*, *propositionem.*

7 Disponatur verò per

1 *Figuras* tres, juxta diversam dispositionem *medii termini* assumpti; quæ est

Sub. præ. prima. Bis præ. Secunda. Tertia Bis sub.

2 *Modos*, enumeratos vulgo 19. hoc ordine

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton,

Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum,
Cesare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

8 Quibus
- 1 *Prima novem numerat, numerat quatuorq; secunda,*
  Tertia quæ restat retinet sex verba figura.
- 2 *Omnes directè concludunt, excipe quinq.*

Querum, si numeres, hæc nomina sunt, *Baralypton,*
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum.

Prædico majorem cùm sit conclusio recta,
Est indirecta cum prædicat illa minorem.

3 Reducantur autem ad quatuor *primos primæ figuræ modos* omnes *modi* (si opus fuerit) ex istius *Distichi* Artificio.

Simpliciter verti vult S. P. verò per acci,
Mavult transponi. C. per impossibile duci.

9 Regulæ figurarum præcipuè observandæ sunt tres istæ aureæ in
- 1 *Prima & secunda figura, maior propositio debet esse universalis*, vel *singularis, nunquam particularis.*
- 2 *Prima, & Tertia, minor est semper affirmans.*
- 3 *Secunda* Conclusio est semper *negativa*, in *Tertia particularis.*

10 *Hypotheticus* est in quo *tota quæstio* disponitur *cum medio termino* in propositione *affirmata.*

11 Est; vel
- 1 *Connexus*, seu *conditionalis* qui in *conclusione* est vel
  - 1 *Affirmans*, ex *Assumpto* antecedente, ut si sit *Deus*, tum *est providentia*, sed Deus *est*, Ergo est providentia.
  - 2 *Negans*, ex *sublato consequente*, ut si sit *Transubstantiatio*, datur *polytopia* corporis, sed non datur *polytopia corporis*, Ergo nec *Transubstantiatio.*
- 2 *Disiunctus*, qui in conclusione est vel
  - 1 *Affirmans* ex *assumptione negata*, ut *Solitarius* est *vel Deus*, vel *Dæmon*, non *Deus*, Ergo *Dæmon*, non *Dæmon*, ergo *Deus.*
  - 2 *Negans*, ex *assumptione affirmata*, ut *Solitarius* est vel *Deus* vel *Dæmon*, sed est *Dæmon*, Ergo non est *Deus.*

12 *Enthymematicus* concludit ex *una propositione*, altera in *mente* reservata.

Idq; vel per *modum*
- 1 *Inductionis*, ut *lignum*, & *lapides*, quia sunt *gravia*, tendunt *deorsum*, & sic in *cæteris*, Ergo omne grave *petit deorsum.*
- 2 Exempli, ut *Abraham* erat fide *justificatus*, Ergo & nos ita *justificamur.*

13 *Plo-*

13 *Pleonasticus*, plures *syllogismos* in uno involvit.

14 Estq; vel { 1 *Dilemma*, ut si *uxorem* ducas *deformem*, habebis *malum*, si *pulchram*, *nullum*. 2 *Sorites*, ut homo est *animal*, Animal est *corpus*, corpus est *substantia*, Ergo à Primo ad ultimum *homo* est *substantia*.

15 *Apodicticus* procedit vel 1 *Prioristicè* (ut loquuntur) à *causa* ad *necessarium effectum*, vel 2 *Posterioristicè* ab *effectu*, ratione evidenti ad *causam necessariam*, vel 3 à *Concessis* ab *Adversario*, ad *absurdum* aut *impossibile* non evitandum *Ducentibus*. 4 vel ex *Exemplorum inductione*, propositam *Thesin* illustrante & conformante, quod præcipue fit in *Arithmeticis*.

16 Demonstrationes tales occurrunt in *omni necessario syllogismo* in omnibus *scientiis*, excellunt verò { 1 *Theologicæ* ex *textu* Scripturæ Canonicæ. 2 *Mathematicæ* ad quarum apparatum 1 Ἔκθεσις, 2 Διόρισμος, 3 Κατασκευή, 4 Ἀπόδειξις, 5 Συμπέρασμα, ab artificibus *requiruntur*, ex quibus *Conclusio* in *Theorematis* ita currit, quod erat *Demonstrandum*: in *Problematibus* verò quod erat *faciendum*.

17 Topicus deducatur à {
- 1 *Consentaneis.*
  - 1 Causis
    - 1 Efficiente.
    - 2 Materia.
    - 3 Forma.
    - 4 Fine.
  - 2 Effectis
    - 1 Opere.
    - 2 Operatione.
  - 3 Subjectis
    - 1 Inhærentiæ.
    - 2 Adhærentiæ.
    - 3 Continentiæ.
  - 4 Adjunctis
    - 1 Receptis.
    - 2 Occupatis.
    - 3 Antecedentibus.
    - 4 Connexis.
    - 5 Consequentibus.
- 2 *Dissentaneis*, 1 *Distinctis*, 2 *Diversis*, 3 *Disparatis*, 4 *Relatis*, 5 *Adversis*, 6 *Privantibus*, 7 *Contradicentibus*.
- 3 *Comparatis*, 1 *Paribus*, 2 *Maioribus*, 3 *Minoribus*, 4 *Similibus*. 5 *Dissimilibus*.
- 4 *Coniugatis*, per modum 1 *Illationis*, 2 *Coniunctionis*, 3 *Derivationis*.
- 5 *Limitatis*, 1 Per *definitiones*, 2 *Divisiones*.

6 *Testatis*

6 Teſtatu Authoritate, 1 *Publica*, 2 *Privata*, 3 *Sacra*, 4 *Prophana*.
7 *Conjecturis*, ut prodigus convenit ſeorſim *fœneratorem*, ergo ut mutuetur *pecuniam*.

18 *Sophiſticus* æſtimetur ex
1 Non obſervata argumentandi *forma*, juxta præcedentes de *ſyllogiſmo* regulas.
2 *Fucata materia*, ſecundùm ſenſum hujus *diſtichi*, ΘÆquivocans, *Amphi*, *Componit*, *dividit*, &c. Fig.
Acci: *Quid Ignorat*: *Petit*: *infert Cauſa*, *rogat plus*.

19 His enim *verſutiis* ad quinque ſuas *metas* nempe *Elenchum*, *Falſum*, *Inopinabile*, *Soleciſmum*, & *Nugationem* Sophiſtæ collimant.

Scrupuli.

1 *Rectiùs* dividatur Syllogiſmus in Simplicem, & compoſitum, quàm in Categoricum & Hypotheticum. A.
2 Apodicticus, Topicus & Sophiſticus, *uſum indicant* argumentandi non novam ſyllogizandi artificium. A.
3 Admittenda ſit quarta Galeni figura, & *ad eam* Petri Mindani 24 adaptati modi. N.
4 Modi 19. qui ingeruntur, ſine Logicæ diſpendio poſſunt omitti. A.
5 Indirectè concludentes ſunt ſupervacanei. A.
6 Reductio ſyllogiſmorum, à cæteris figuris, ad primum, ſit futilor quàm utilior. A.
Ant 7 Aliquid certi conſtat apud Ariſtotelem de ſyllogiſmis hypotheticis. N.
8 Boethus regulas primò de illis tradiderit. A.
9 *Demonſtratio* exemplaris, *ſit æque* firma, *ac cauſalis*. Aſſ. Schoner, *in præfat. ad Rami Arithmet.*
10 Demonſtrationes Mathematicæ ſunt certiſſimæ. A.
11 Ἔκθεσις Theologica ſit firmior ἀναλύσει Philoſophicâ. A.
12 Omnia loca Topica ad ſeptem capita commode referantur. A.
13 Elenchi omnes ex non obſervata argumentandi forma *commode diſſolvantur*. A.
14 Fallant tantum ex materiæ ambiguitate. A.

SECT. 5. *De parte Methodica.*

1 QVæ vel *incognita quærit*, & *invenit*, vel *inventa*, & *judicata*, *diſponit*, ad aliorum *inſtitutionem*.

2 Eſtq; vel
1 *Euretica*
2 *Synthetica*.
3 *Analytica*.
4 *Topica*.

1 *Dramatica*.
2 *Hiſtorica*.
3 *Cryptica*.

3 Eure

3 *Euretica*, per 1 *Sensum*, 2 *observationem*, 3 *experientiam*, & 4 *inductionem*, artes excogitat.

4 *Synthetica*, per *explicationem*, 1 *principiorum*, 2 *Affectionum*, & 3 *Specierum* dati Thematis aut subjecti, in 1 *definitionibus*, 2 *divisionibus*, & 3 *regulis quæ sunt κῦ ὁρίζειν, κατ' ἀνάλυσιν, κατὰ διαίρεσιν, σύνθεσιν* scientias tradit *Theoreticas* sive *objectivas*.

5 *Analytica* in disciplinis practicis incipit, à *fine*, 2 tum progreditur ad *subjectum*, & postremò suppeditat media, per quæ iste *finis* in illud *subjectum*, sive *informationis, tractationis, operationis*, introducatur.

6 *Topica* reducit omnia in quavis *disciplina*, aut *facultate* tractanda, ad *certa* quædam capita quæ *numerum septenarium* (si commodè fieri possit) non excedant absque confusione Iesuitica, aut *Affectatione Ramistarum dichotomistica*, quæ obtundunt *memoriam*.

7 *Dramatica* procedit dialogisticè, seu Catacheticè, ad morem *Platonis* & aliorum, qui ista dicendi popularitate delectentur.

8 *Hysterica* juxta loca, *tempora successionum, per intervalla* & *epochas* insigniores *disponit res* narrandas, nec tam de *factis* interponit censuram, quam *quid sit factum* narrat.

9 *Cryptica* est *Poetarum*, & *Oratorum*, qui pro *re nata* occultant, invertunt, aut aliis modis *condiunt* pro *arbitratu rerum* ordinem. Huc & *Cyclica methodus* referatur, quæ à medio seu centro *incipit & ascendit & descendit*, aut circumspicit pro arbitratu.

Scrupuli.

An
1 Una sit methodus *Aristotelica* & *Ramistica*. A.
2 *Facilius percipiuntur artes per* systemata dichotomistica quàm in facili progressu per certos quosdam locos? N.
3 *Methodus Dialogistica sit probanda*? A.
4 *Crypses Poetarum & Oratorum*, pro re nata sit variandæ? A.
5 Septem genera, Dialecticæ hodie observata nempe Logica 1 *Aristotelica*, 2 *Lulliana*, 3 *Ramistica*, 4 *Mixta*, 5 *Causidica*, 6 *Iesuitarum*. 7 *Socinianorum*, quoad tractandi tantùm modos, & non quoad rem *differant*. Aff.

SECT. 6. *De parte Analytica.*

1 ANalysis instituitur in *alieno opere*, cujus sensum & succum exprimere cupimus
2 Estq; 1 Τυχικὴ. vel 2 Τεχνικὴ.

3 Τυχικὴ sive fortuitò arrepta, historicè describit quid in authore quovis occurrit, quocunq; suggeruntur ordine.

4 Vbi notanda tantùm obiter
1 Authoris *processus* sive *ordinatior* sit, sive *confusior*.
2 *Singularia* prout occurrunt.
3 Quid de *authore, opere, stilove* sit sentiendum, ut facit *Photius* in *Bibliotheca*.

5 In

5 In Analysi τεχνικῶ hæc tria observantur
1 *Scopus authoris*, seu *propositum* ex textu vel aliis circumstantiis colligendum.
2 *Thema* seu *subiectum* quod tractatur, sive *simplex* sit, *declarandum*, sive compositum, *probandum* & illustrandum.
3 *Media* quibus fit *ingressus*, *progressus*, & *egressus*, incipiendo à *methodo* totius operis, & *libros*, *titulos*, *capita* in *syllogismos*, *Propositiones* (& si opus sit) simplices terminos resolvendo, & ad regulas artis *expendendo* juxta distichon.

Ars, *Scopus*, *Impellens*, *Series*, *Collatio*, *Sermo*,
Glossæ aliæ, *interpres*, hæc septem *expendito* recte.

6 Hoc artificio redigitur authoris textus vel in
1 *Tabulas*, more *Alstedii* & *Ramistico*.
2 *Dialogos*, quæ methodus quàmplurimis *Platonicis* placuit.
3 *Locos communes*, quales in resolvendo *scripturas*, & alios Authores, exhibent *nervosiores interpretes*.

Scrupuli.

An
1 *Analysis in authore aliquando aliquid inveniat, quod authori inter scribendum in mentem nunquam venerit?* Aff.
2 *Utilius exerceatur Analysis à Tyronibus quam assidua disputandi praxis?*
3 Optimè ex *Analysi autoris* sensus eruatur? Aff.
4 *Scholasticorum* & *Ramistarum* resolvendi modus *minutiis aliquoties nimium insistat?* Aff.

SECT. 7. *De parte Genetica.*

1 GEnesis aliquid de *proprio* excudit, sive ad aliorum imitationem per *Analysin* erutam, sive ex *Marte proprio*, pro *ingenii* & *indicii* facultate excogitatum.

2 Ista in *suppositionibus*, *Oppositionibus*, *Disputationibus*, artium *Systematibus* contexendis, aut *quæstionibus* polemicè *discutiendis* à Logico exercetur, quæ utcunq; *præcepta* dirigant, necesse est ut *praxis* perficiat.

Scrupuli.

An
1 *In genesi alicuius operis ille fuerit felix qui in Analysi nunquam erat versatus?* N.
2 *Negligendum vel omittendum sit aliquod necessarium in genesi alicuius operis quod methodum interturbaret?* N.
3 *Genesis utilissimè exerceatur in scientiarum & facultatum systematibus contexendis*, vel in quæstionibus tractandis? Aff.
4 *Soliloquia*, *colloquia* cum Deo, *Doxologiæ*, *Eucharistiæ*, *Hymni*, *Orationes*, *Confessiones* ad *Deum*, sint optima & maxime necessaria Genesews Logicæ *Exercitia?* Aff. quia in talibus comprehenditur λογικὴ λατρεία de qua Apostolus Rom. 12.

FINIS.